

z. De Gen.  
t.c. 86. Idem  
manens idem  
semper fa-  
cere.  
Idem tri-  
bus modis  
intelligi po-  
test.  
Vide eti-  
am q.4. art.1.

modo hoc sit possibile: restat tertio declarare p-  
ositionem illam: quomodo idem manēs idem  
semper facit idem. Quod tripliciter potest veri-  
ficari. Primo prout res producuntur à Deo: me-  
diantibus diversis agentibus. Secundo prout res  
producuntur à Deo: secundum aliam, & aliam  
rationem. Tertio prout res producuntur ab ip-  
so secundū actionē, & id, quod actioni subjicitur,

Primum de leui patet: nam prout Deus pro-  
ducit res mediantibus secundis agentibus: Deus  
in agendo se habet uno modo: sed quod sit di-  
uersitas in entibus, hoc est ex parte agentium se-  
cundorum, vel ex parte recipientium non eodē  
modo se habentium ad Deum: Deus enim hoc  
modo agendi se habet ad omnia secundum di-  
spositionem vnam, sed omnia non se habent ad  
ipsum secundum vnam dispositionem, vt potest  
haberi ex 24. propositione de causis.

Secundum etiam de leui ostenditur, nam idē  
manēs idē semper facit idem, i. idē manēs, & ex-  
istens idē, i. secundum idem, vt secundum vnam,  
& eandē rationē: non nisi vnu potest producere.

Tertium etiam faciliter declaratur, nam in  
omni producto à Deo, cum creatio sit transiens  
in exteriorem materiam, i. in exteriorem substā-  
tiā, vt materia sumatur largè pro omni sub-  
stantia, est ibi duo cōsiderare: & actionem, quæ  
transit, quæ se habet, vt actus: & substantiam, in  
quam transit, quæ se haber, vt potentia. Videt er-  
go Deus, quod multe, & variè essentię possunt ab  
ipso procedere, secundum quod ipse multis, &  
varijs modis, est imitabilis à creaturis: in potesta-  
te ergo sua est producere hanc naturam, vel illā,  
quia, & si habet in se rationes totales proprias, &  
factiūas: ipse tamen rationes tales non sunt pro-  
ductiū rerum, nisi secundum suę voluntatis im-  
perium. Producendo ergo has quascūque natu-  
ras: quantum est ex parte sui, semper facit idem,  
quia non producit huiusmodi naturas, nisi com-  
municādo eis suum esse, quibus naturis produ-  
ctis, quantum est ex parte sui, totum se exponit,  
& totum se communicat. ergo quantum est ex  
parte sui omnibus communicat idem esse: quia  
omnibus communicat suum totum esse. Sed q  
non omnes totum recipient hoc, est quia à Deo  
deficiunt: & quod non omnes idem esse recipiāt:  
hoc est, quia non omnes naturę eodē modo defi-  
ciunt, ergo idem manēs idem, semper facit idē:  
modo, quo diximus. Sed ppter istud facere idē:  
negare non possumus, quin ab eo procedat mul-  
titudo rerum immediatē: quia habet apud se ra-  
tiones omnium, per quas potest immediatē om-  
nia producere in quibus omnib⁹ productis, quā-  
rum est de se, semper facit idem, quia semper eis  
communicat idem esse, ipse tñ naturę non reci-  
piunt idē: quia nō eodē modo recipiūt illud esse.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendū,  
q non oportet else tantam vnitatem in effecti-  
bus, quanta est in causa: ideo si idē in Deo non  
differunt, nisi secundum rationem: poterunt tam-  
en in effectibus per illas plures rationes plures  
res else producte: nam agens per intellectū pro-

## Pars I.

A ducit rem pex rationem, quanto habet apud se: er-  
go ad hoc, q producat aliam, & aliam rem: suffi-  
cit, q habeat apud se rerum aliā, & aliam rōnem.

Ad secundum dicendum, q ista pluralitas ra-  
tionum sive idēarum diuinatum: non solum est  
in intellectu nostro, quia nos intelligimus Deū  
multis modis imitabilem esse à creaturis, sed etiā  
est in intellectu diuino: put intelligit se sic mul-  
tis modis imitabilem: intelligendo argo se Deus  
sic multis modis esse imitabile: habēdo per hoc  
rationes omniū: quae, vt patuit, sunt totales pro-  
priae, & factiūae: pōt immediatē multa pducere.

Ad tertium patet solutio per iā dicta. Vel pos-  
sumus dicere, quod Deus manēs idem, producit  
plura, quia habet in se rationes omnium modo  
simplici, & vniuo, quod de alijs à Deo non pos-  
sumus dicere.

## Q V Æ S T. IIII.

## De duratione rerum conditarum.



O s t q v a m dubitauimus de  
rebus productis, & de princi-  
pijs producentibus, & de actio-  
ne diuina, quæ est omnium  
principium productivum, se-  
cundūm prætaxatum ordinem;  
restat dubitare de duratione rerum productarū:  
vtrum mundus sit æternus, vel habuerit initium  
durationis: sicut dicit scripture: In principio  
creavit Deus celum, & terram, i. in primo instan-  
ti temporis secundum vnum exponendī modū.

Hic autem tria dubitabimus, Primo vtrū mū-  
dus sit æternus. Secundo vtrum possit demōstra-  
ri, mundum non esse, nec potuisse esse æternū.  
Tertio de expositione illius verbi: In prin-  
cipio creavit Deus celum, & terram.

## A R T I C. I.

An Mundus sit æternus. Con-  
clusio est negativa.

D. Tho. I.p.q.4.6.art.1.3. ltem d.1.q.5. D. Bonav.d.1.art.1.  
q.2. Ric.d.1.q.2. Biel.d.1.q.3. Sco.d.1.q.3. Capr. d.1.q.1.  
Bach.d.1.q.4. Dur.d.1.q.2. Ant. And. d.1.q.3. Ad-  
verte Arist. Topi. I. 1.c.9. vbi ait problema esse:  
Vtrum Mūdus sit æternus, an non. Sed  
determinationem vide 8. Physi.



D primum sic proceditur: vide-  
tur, quod mundus sit æternus,  
& quod non potuerit de nouo  
incipere. Ad quod probādum,  
hunc ordinem tenebimus, quia  
primo adducemus rationes Phi-  
losophi in 8. Physi. vbi de hoc specialiter agitur.  
Secundo adducemus rationes eius. quas facit in  
alijs libris. Ad hanc materiam Tertio adduce-  
mus rationes Commen. & Auicē. quas superad-  
diderunt rationibus Philosophi, quod mundus  
non potuit incipere. Adducit autē Philosophus  
quinque rationes in 8. Physi. quod mundus sit  
æternus,

eternus. Prima ratio sumitur ex parte motus. Secunda ex parte agentium naturalium. Tertia ex parte agentium per voluntatem. Quarta ex parte agentiū quorumcūque. Quinta ex parte t̄pis.

### Rationes Arist. pro mundi aeternitate, Ex parte motus.

1. Phys. t. c. 5.  
& 6. Prima ratio talis est: Omnis motus presupponit factiōnē mobilis: quāritur ergo utrum motus sit sic nouus, q̄ ante illum motum non fuerit alijs motus. quod si non: habetur intentū, q̄ motus non incēperit. sed si est dare primum motum sic nouum: cum ille motus, qui ponitur omnino primus, sit in aliquo mobili, & illud mobile fuerit factum, & factio mobilis non sit sine motu: ante omnino primum motum fuit aliquis motus, quod est inconueniens. Quia si dicatur: mobile illud, cuius ponitur motus omnino primus, & nouus, nō fuisse factum: dicit Philosophus hoc esse irrationabile, quod mobile eternum incipiat moueri in tempore: tamen dato, q̄ non esset irrationale: statim haberemus intentū. Nam si mobile, cuius ponitur esse motus omnino primus, & nouus: dicitur esse factum: sequit inconueniens, quod ante primū motum sit motus. Si dicatur tale mobile nō esse factū, habetur intentum: quia hoc posito, creatura esset eterna.

### Rationes ex parte agentium naturalium.

1. Phys. t. c. 7. Secunda ratio talis est: Nihil est in aliqua dispositione, in qua prius non erat, nisi per motum praecedentem. Si ergo entia incēperunt moueri, & est dare primum motum nouum: ergo ante ilū primū motū entia nō mouebantur: erat ergo indisposita ad motum: sed illa indispositio non potuit remoueri nisi per motum: ergo ante omnino primum motum fuit motus. Et vadit tam hæc ratio, quam prima ad infinitum. Nam si motus nouus presupponit factiōnē mobilis, & factio mobilis nō est, nisi per motum, queretur de illo motu, per quem factum est mobile: utrū sit nouus, quod si sic; presupponit factiōnē sui mobilis. Si ergo motus nouus presupponit factiōnē mobilis, & factio mobilis motum: & postea ille motus, si sit nouus, factiōnē sui mobilis: oportet, quod talia vadant in infinitum, & nunquam incēperint, ut dicebat ratio prima. Sic etiā, si motus nouus presupponit amotionem indispositionis, & amotio indispositionis non potest esse sine motu: & motus ille, si sit nouus, non poterit eō, nisi prius fuerit amota indispositio: oportet talia in infinitum ire, & nunquam habuisse initium: ut dicebat ratio secunda.

### Rationes ex parte agentium per voluntatem.

Tertia ratio Philosophi ibidē sumitur ex parte agentis à voluntate. Nam quia diceret fortē aliquis, q̄ in agentibus naturaliter: si nunc mouēt, & prius non mouebant: oportet, remoueri indispositionem. Sed hoc non oportet in agentibus à proposito: ideo specialiter probat intentum in agentibus à proposito, quod si per huiusmodi a-

A gentia non potest esse motus omnino primus. Nam simile quodammodo est de agente naturali, & à proposito: nam sicut frigidum per se infrigidat, & per accidēs calefacit, ut quia stringit portos, & non permittit exire calorē: sic agens à proposito per se facit vñū oppositorum, ut medicus per se sanat: per accidēs autem occidit, ut fortē, quia nescit artem: vel quia habet corruptum appetitum: & vult facere cōtra artem: vel fortē, q̄a est tāta aegritudo, & materia est ita indisposita, q̄ non est susceptiva sanitatis, quā est ab arte. Agēs ergo à proposito semper facit, quod melius est: si autem non facit, vel si facit oppositum; hoc est propter aliquid impedimentum, quodcunq; sit illud: siue sit ignorātia, siue corruptio appetitus: siue indispositio materiæ. Arguatur ergo sic: Si agentia à proposito agunt motum nouū omnino primum: aliquid ergo impedit, quod prius non mouerent, sed illud impedimentum non potuit amoueri, nisi per aliquem motum præcedentem: ergo ante motum primum præcessit motus. Rutsus de illo motu præcedente quāretur: utrū sit nouus: qd si sic, & incēpit: ergo aliquid impedit, quod ille motus prius non fieret, & illud impedimentum non potuit amoueri, nisi per motum præcedentem, & sic in infinitum: ante ergo quemlibet motum nouiter incipientem, oportet dare motum, impedimentum amouerem, ut possit incipere talis motus.

### Rationes ex parte agentium quorumcūque.

Quarta ratio est talis: In omni agēte, qui prius non agebat: siue sit agens per naturā: siue à proposito: oportet dare nouam relationem inter mo-  
2. Phys. t. c. 3  
in calce. uens, & mobile. sed noua relatio non est sine motu præcedente: ergo ante omnem motum est aliquis motus, ut si comburere stupram poneretur primum motus, & poneretur nouus: ut si dicatur, quod nunc ignis comburit stupram, & prius nō cōburebat: & huiusmodi combustio est primum motus, ante quē non fuit alijs motus: dicit Philosophus, quod si ignis nunc comburit stupram, quam prius non cōburebat: oportet, quod sit noua relatio, i. nouus ordo inter ignem, & stupram, qui prius non erat. Incēpit autem esse hic nouus ordo, vel quia ignis fuit relatus ad stupram, vel econuerso: vel fortē, quia fuit adgeneratus ignis propè stupram. Sed talis nouus ordo, quod hoc agat, quod prius non agebat, & hoc patiatur, qd prius non patiebatur: non fuit sine motu præcedente: ex quo catus est ordo, & proportio inter agens, & patiens: ergo ante primum motum fuit præcedens motus: quāretur ergo de illo primo motu præcedente: utrum fuerit nouus. q̄ si sic: ergo præcessit nouus ordo, & noua relatio, quā non potuit esse sine præcedente motu: ergo non est date motum nouum, quem non præcedat aliquis motus: propter quod naturaliter non poterit incipere motus.

### Rationes ex parte temporis.

Quinta ratio ibidem sumpta ex parte tem-  
2. Phys. t. c. 3  
10. & 12. Mē  
taph. t. c. 29. poris Aegid, super ij. Sent. F 2 poris

Frigidum  
calefacit, ut  
accidēs, ita  
Medicus fa-  
nat per se,  
& occidit g  
accidēs.

## 44 Distinctio I.

*Idem infra  
ad resp. arg.  
3. Phys.*

poris est. quia nunc semper est principium futuri, & finis præteriti: hoc enim esset nunc incipere, quod prius non fecisset, & postea faceret; cū ergo prius, & posterius sint differentiae temporis, & differentiæ temporis non sint sine tempore: nunc ergo semper intelligitur esse inter tempus prius, quod est præteritum; & posterius, quod est futurum; impossibile est ergo tempus incepisse. quia si incepisset: incepisset in aliquo nūc: ante ergo illud nūc non fuisset tempus: fuisset ergo ante, qđ est differentia temporis sine tempore. Sic etiam tempus non potest desinere. quia si desinaret: desineret in aliquo nūc: ergo post illud nūc non esset tempus: esset ergo post, quod est differentia temporis sine tempore. Nunc autem semper est inter præteritum, & futurum: totum ergo tēpus non potest esse futurum, quia ante totum tempus futurum est nūc: ante nūc est tempus præteritum. Si ergo totum tempus posset esse futurum: ante totum tempus fuisset tēpus: propter quod nunquām incepit totaliter tempus: sed si semper fuit tēpus, semper fuit motus: si semper fuit motus, semper fuit mobile: ergo non potuit incepere mundus.

*Rōnes pro mūdi æternitate ex parte materie prime.*

Adductis rationibus pro æternitate mundi positis in 8. Physic. volumus adducere rationes alias eiusdem Philosophi sumptas ex alijs locis: quarum vna poterit sumi ex j. Physi. quatuor sumentur ex libro de celo, & mūdo: & tres ex libro de generatione. In j. autem Physi. probatur, quod materia prima est ingenita, & incorruptibilis. nā qđcūd generatur, generat ex materia: & quicqđ corruptitur, cedit in potentiam materiæ. quia, vt dicitur in j. Physi. quicquid corruptitur in hoc abibit ultimum. Arguat ergo sic: Quod est ante omnem generationem, & post omnem corruptionem illud est ingenitum, & incorruptibile, & æternum. sed materia est ante omnem generationem, quia in omni generatione oportet presupponere materiam, quæ est generationis subiectum. Rursus: Materia est post omnem corruptionem, quia quicquid corruptitur, vt dictum est, cedit in potentiam materiæ: materia ergo istorum corporalium est ingenita, & incorruptibilis, & æterna: & per consequens ista corporalia nunquām cuperunt vniuersaliter: ex quo sequitur, mundum æternū esse.

*Rationes pro æternitate mundi ex libro de celo, & mundo.*

Adducta ratione, quæ habet ortum ex dictis in primo Physi. volumus adducere illas quatuor rationes, quæ possunt habere ortum ex lib. cœli, & mundi. Videtur enim impossibile, qđ mundus sit generatus, & qđ mundus habuerit initium, propter quatuor, quæ sequuntur quodlibet generationem. Nam omne generatum habet contrarium: est de necessitate corruptibile: incepit alicubi esse, vbi prius non erat, & non constat ex tota materia sua. Et quia omnia ista quatuor, vt patet,

*Ex i. Phys.  
l.c. 32.*

Materia pri  
ma cur in  
generabilis,  
& incorru  
ptibilis.

## Pars I.

non possunt competere isti mundo: ideo, &c.

Prima ergo ratio sumitur ex eo, quod omne generatum habet contrarium. Nam omnes generationes sunt ex contrarijs, & in contraria. quod ergo non habet contrarium, nullo modo potest esse quid generabile. & quia cœlum non habet contrarium: nunquām fuit cœlum factum, nec generatum, nec habuit durationis initium: cum ergo mundus dicat cœlum, & elemēta, & ea, quæ sunt ex elementis: impossibile est ipsum mundū totum cadere sub generatione, quia tunc ipsum cœlum esset quid generabile.

Secunda ratio sumitur ex eo, quod omne generabile est corruptibile: quicquid enim incepit esse, etiam desinit esse: & quicquid non semper fuit, non semper erit: ergo per locum à contrario, qđ non desinet esse, & quod semper erit, non incepit esse, & semper fuit. Et quia mundus secundum fidem catholicam nunquām vniuersaliter desinet esse: ergo nec vniuersaliter incepit. Videat autem hæc ratio super hoc fundari, quia duratio rei ex natura rei sumitur: inde est, quod corruptibile, & incorruptibile non solum non possunt conuēre in natura speciei, sed nec etiam in natura generis. quia oportet talia differre genere, vt declarari habet in 10. Meta. quod ergo potest durare in perpetuum habet naturam ad semper esse. & quia id, quod consequitur naturam, oportet esse per se, & inseparabile. Si ergo tale quid aliquando incepit, & non fuit: tunc illud, quod haberet naturam ad semper esse, contingere aliquando non esse: & per consequens contingere ipsum simul esse, & non esse. Potest aut hæc consequentia aliter declarari, quia quodlibet corruptibile dicit rem determinati temporis: & ideo non semper verificatur: Sortes est homo, sed verificatur hoc in aliquo determinato tempore. Incorruptibile autem non dicit rem determinati temporis: ideo dicit rem sempiternam, & rem, quæ habet semper esse: propter quod non dicit rem determinati temporis: & per consequens non dicit rem, quæ incepit in esse. Est enim aduentendum, quod videatur Philosopho per se notum, qđ ideo data est generatione, & corruptio in rebus: quia res non possunt se perpetuare in esse. Si enim possent res se perpetuare in esse: non esset generatione, & corruptio in rebus, & nunquām incepissent esse. & quia hec pars vniuersi, vel illa, desinit esse: totum autem vniuersum nunquām desinet esse: consequens ergo est, quod nunquām incepit esse.

Tertia ratio sumitur ex eo, quod omne generatum incepit alicubi, vbi prius non erat. Si ergo totum vniuersum posset incepere esse: totū incepisset esse vbi prius non erat: non posset ergo totum vniuersum incepere esse: nisi presupponeretur vacuum, vbi recipetur: sed hoc est impossibile: ergo, &c.

Quarta ratio sumitur ex eo, quod omne generabile non constat ex tota materia sua: nā in illis generabilibus, & corruptibilibus, agēs, & patēs sunt contraria, & communicant in materia: si ergo generans constaret ex tota materia sua; nihil posset.

\* Generatio  
nē habet co  
trarium: in  
cepit esse,  
vbi nō erat,  
corruptibi  
le, & nullū  
contingit ex  
tota sua ma  
teria.

*1. Cœli. t. e.  
29.*

*Corruptibi  
le, & incor  
ruptibile,  
ut differ  
ent pluīā ge  
nere.*

*T.c. 26.*

*1. Cœli. t. e.  
29.*

*1. Cœli. t. e.  
29. 30. 31.*

# Quæstio III.

Artic. I. 45

posset generare, quia non haberet materiam, ubi induceret formam suam. Ideo est ergo generatio, & corruptio in rebus, quia in talibus est contrarietas, & nullum talium constat ex tota materia sua. Cum ergo totum & uniuersum constet ex tota materia sua, impossibile est, totum uniuersum esse generabile, vel corruptibile, & per consequens impossibile est, ipsum habuisse durationis initium.

## Rationes pro mundi aeternitate ex lib. de generatione.

Restat autem adducere rationes tres, quæ possunt habere ortum ex dictis in li. de generatione, quarum una sumitur ex diuersitate motuum: Alia ex invariabilitate motoris primi. Tertia ex generatione, & corruptione rerum, quæ se inuicem presupponunt.

Prima ratio talis est: Omnis disformitas reducitur in uniformitatem: omnia ergo, quæ disformiter mouentur, reducuntur in aliquid uniformiter motum, ut latio solis in obliquo circulo, reducitur in motum ultimi mobilis uniformiter moti, & hæc inferiora, quæ aliquando mouentur, aliquando quietescunt, reducuntur in motum celi, quod semper mouetur: Hæc. n. verba, vel hæc sententia ex secundo de generatione, & in 12. Meta, & ex 8. Physi. accipi possunt. Arguat ergo sic: Si ponatur corpora aliqua semper moueri, habetur statim intentum, quod semper motus fuit, & quod mundus est aeternus. Si vero dicatur, quod aliqua entia incepunt moueri, & prius non mouebantur, cum hæc disformitas in motu non possit esse, nisi per corpus continue motum, oportet dare corpus, quod nunquam incepit moueri, sed semper continue mouebatur, & ita motus uniuersaliter nunquam incepit, propter quod oportet mundus aeternus esse.

Secunda ratio sumitur ex invariabilitate motoris primi. Nam, ut dicitur in secundo de generatione, idem manens. idem semper facit idem. cum ergo primus motor omnino sit invariabilis: semper facit idem: si ergo nunc mouet, semper mouebat: nam mouere, & non mouere sunt diuersa. Si autem semper mouebat: motus est aeternus, & per consequens mundus.

Tertia ratio sumitur ex generatione & corruptione, quæ se inuicem presupponunt. Nam in aliquibus possumus arguere à posteriori tantum: nam bene valet: Partes est, ergo fundamētū fuit: & fundamentum est: ergo lapides incisi fuerunt. Sed à priori in talibus non possumus arguere: non enim valet: Lapides incisi sunt, ergo fundamentum fiet, quia potest impediri, ne fiat. Nec valet: Fundamētū est, ergo partes erit, quia futurus incidentis fortè nō incident, ut dicitur in secundo de generatione. Potest enim esse, quod quis sit futurus incidentis, & tamen non incident, quia potest impediti motus eius. Sic quando factum est in lamento, videtur quod debeat esse futurus partes: hoc tñ poterit impediti. Sed gene ratio, & corruptio, & ex parte ante, & ex parte post, se inuicem de necessitate inferunt: ita quod

\* Mundus constat ex tota sua materia. 1. Co. li. t. 93. 94. 95. Hinc unus numerus. Sed minor, cur Ian dun. q. 24. de Cœlo in fine t. libri dicit Mup. dū non esse unū numero, quia nō continuus, non specie, quæ est sub genere: & sic haberet speciem si. bi oppositā. Sed analogi cē i ordine ad hoc n. te. Auctores. 4. Met. Cō. 2. Gia. n. or. dinata sunt a vītimā sphaerā, vi in āinem.

2. de Gen. t.c. 59.

2. de Gen. tex. co. 56.

2. de Gen. t.c. 65. 67.

A de necessitate cōcluditur, quod generatio, & corruptio nec potuerunt uniuersaliter incipere: nec possunt uniuersaliter desinere. Inferunt. n. sc̄ ista incipiendo à posteriori, ut nunquam uniuersaliter incepint. Nam si aliquid est modo generatum: ergo aliquid fuit corruptū: si aliquid fuit corruptum: ergo illud fuit prius generatum, & per consequens prius corruptum, & sic in infinitū: ergo generatio, & corruptio ab aeterno fuerunt. Sic in talibus possumus arguere incipiendo à priori, ex quo cōcludetur, quod generatio, & corruptio in sempiternum erunt, & nunquam desinent. Nam si aliquid est generatum, ergo corruptetur, quia omne generabile, est corruptibile, & omne corruptibile de necessitate corruptetur. Si ergo corruptetur: aliquid inde generabitur, & illud generabile corruptetur, & aliud B inde gñabitur, & sic in infinitū. Talia ergo nec incepunt, nec desinent, est ergo mūdus aeternus.

## Auerr. rationes pro mundi aeternitate. 8. Phys.

Postquam adduximus rationes Philosophi, q̄ possunt habere ortum tam ex dictis in 8. Physi, quam ex dictis in alijs locis, q̄ mundus sit aeternus: volumus adducere rationes aliorum: quas superaddidérūt dictis Philosophi, & specialiter adducemus rationes Commen. & Auicen. Adducemus autem ad hoc 7. rationes Commen. quas facit in 8. Physi, & duas Auicen. quas facit in Metaphysica sua.

C Prima ratio Commē. est ista: Illud, quod semper fertur, & non pōt demonstrari, ut stans: semper habet aliquid ante se, & aliquid post se. Nā omne, quod mouetur: motū est, & mouebitur: de quolibet. n. mobili verum est dicere, quod si motum non est, ergo non mouetur: quia non incepit motum. Si autem non mouebitur: ergo non mouetur, quia consummavit motum, ergo semper illud, quod fluit, habet aliquid ante se, q̄a motum est, & aliquid post se, quia mouebitur. Instans ergo quia est in continuo fluxu, & nunquam potest signari: ut stans: semper est medium inter præteritum, & futurum. nunquam ergo incepit tempus. quia tunc totum tempus fuisse futurum, & instans nihil habuisse ante se, sed solum post se, & nunquam poterit definire totum tempus. quia tunc totum tempus esset præteritum, & instans nihil haberet post se, sed solum ante se.

D Secunda ratio talis est: Omne agens siue per voluntatem, siue aliter; si incipit agere, & prius non agebat, aliqua proportio facta est inter ipsum, & effectum, sed hoc non potuit fieri, nisi per motum præcedentem. Ibitur ergo in infinitum. quia si ille motus præcedens est nouus: non potuit incepere, nisi quia incepit esse, p̄portio agens ad patiens: proportio autem illa non potuit esse sine motu alio præcedente: nunquam ergo incepit motus.

E Tertia ratio est ista: Omne agens per intellectum, & voluntatem: quod nunc agit, & prius non:

non agebat, oportet ipsum apprehendere diuersa tempora, sed tempus non est sine motu, ergo non potest aliquod agens incipere nouum motum: nisi per precedentem motum: oportet ergo esse eternum motum.

Quarta ratio est hæc: Sicut se habet voluntas noua ad actionem antiquam: sic econuerso voluntas antiqua ad actionem nouam: sed voluntas noua non potest esse propria causa actionis antiquæ: ergo nec voluntas antiqua erit per se, & immediata causa actionis nouæ. Ab eterna ergo voluntate Dei non procedet personaliter immediatè nisi eternus effectus, & ab illo æternus effectu eternus motus.

Quinta ratio est talis: A voluntate antiqua non procedit aliquod nouum, nisi mediante actione noua. Nam si voluntas antiqua non expectaret aliquid aliud: statim faceret suum effectum. Quod ergo non statim sit effectus: hoc est quia expectatur aliud habendum indigemus ergo praecedēte transmutatione: motus ergo nouus, & effectus expectatus non potest fieri sine transmutatione præcedente. Si ergo omnem nouum motum, & omnem nouum effectum præcedit transmutatione: atque omnem nouum motum fuit aliquis motus, & per consequens nunquam incepit vniuersaliter motus.

Sexta ratio talis est: Dicit enim Comment. se accipere duo quasi per se nota. Vnum est, quod nunquam ages expectat aliquid facere: nisi quia deficit sibi aliquid, ut saltem deficit sibi illud tempus, in quo vult facere: si ergo Deus non fecit statim mundum, sed expectabat tempus, in quo volebat facere: deficit ergo ei tempus: in quo volebat hoc facere. Aliud autem, quod dicit se accipere, per se notum est, quod huiusmodi agens, quod expectat tempus, ut faciat effectum in illo tempore: aut simul cum effectu facit tempus: aut non. quod si non: ergo presupponit tempus, & per consequens motum: non ergo fiet nouus effectus, & nouus motus sine præcedēte motu. propter quod nunquam incepit motus. Si autem expectando tempus simul cum effectu fecit tempus: quia omne, quod fit, in tempore fit: tempus illud factum indigebat tempore: ergo non potuit fieri sine præcedenti tempore, & sine præcedēti motu. Omnem ergo effectum nouum, & omnem motum nouum præcedit tempus, & motus: nunquam ergo incepit tempus: nec motus.

Septima ratio talis est: Impossibile est, esse per transitu infinita per se: sed non est impossibile esse pertransita infinita per accidentem. Si ergo à voluntate eterna Dei posset immediatè causari iste effectus nouus: infinita esset inter eternam voluntatem, & hunc effectum, & omnia illa essent pertransita per se. quia cum causa habeat per se ordinem ad suum immediatum effectum: hæc per se ordinem ad omnia ea, quæ sunt inter ipsam, & suum effectum: expectans ergo Deus per infinita tempora, ut veniat ad hunc effectum, quem vult producere in hoc tempore: oportet, quod sit per se ordinem in omnibus illis temporibus: oportet et-

*Infinita an  
posset per-  
transiti.*

A go per se esse pertransita infinita, quod est inconveniens.

Adducit autem quatuor alias rationes, sed non habent difficultatem aliam à difficultatibus Philosophi: immo solutis difficultatibus Philosophi, satis potest haberi via ad solutum difficultates illas.

*Auicennæ rationes pro mundi eternitate.*

Adductis rationibus Commentatoris: volumus adducere rationes Auicennæ, quæ sunt duas.

Prima talis est: Aut creator mundi præcessit mundum natura tatum: aut duratione. Si natura tatum: ergo non prius fuit creator, quam creatura. Si autem duratione: cum prius, & posteriorius in duratione causent rationem temporis: ergo fuit tempus ante, quam esset mundus, & per consequens motus, quod est impossibile. Nunquam ergo incepit mundus, quia tunc ante mundum fuit tempus, & motus.

Secunda ratio Auicennæ talis est: Quia, ut inquit, quod aliquid sit causa existendi causatum, quod prius non fuit, hoc est: quia non est causa per essentiam suam, sed per aliquid aliud: cum ergo Deus sit omnium causa per essentiam suam, & circa sua semper eodem modo se habuit: nunquam fuit, quod non esset causa: & si semper Deus fuit causa: semper fuit suum causatum, & semper fuit mundus. Possent autem & plures rationes ad hoc adduci, & ex verbis horum Philosophorum possent aliquæ rationes trahi: sed sufficienter predictæ, quia ex dissolutione earum sufficienter evanescabit difficultas questionis quæsitæ.

C IN CONTRARIUM autem, quod mūdus non sit æternus: est Scriptura sacra, & veritas.

### RESOLVATIO.

Mundus non est æternus: nec rationes Philosophorum concludunt, si differentiae inter Deum, & creaturam, quantum ad modum agendi, perpendantur.

D RESONDE dicendum, quod ex sensibilibus oportet nos ad intelligibilia manuduci: sic enim & Philosophus processit. quia volens probare, quod ista sensibilia corpora, & motus, & transmutatio, quam videmus in sensibilibus corporibus: nunquam vniuersaliter incepunt: nec vniuersaliter desinent: conatur ex sensibilibus hoc probare. Nam secundum eum incepit esse hoc generabile, & definit esse illud corruptibile: sed nunquam fuit dare primum generabile secundum Philosophum: nec erit dare ultimum corruptibile: nunquam ergo vniuersaliter incepunt, nec desinent ista generabilia, & corruptabilia: & multo magis, nec incepunt: nec desinent supercelestia corpora, quæ causant, & continuant transmutationes horum inferiorum, & multo magis adhuc secundum eum nec incepunt, nec desinent intelligentes, vel animæ cœlorum motrices orbium. Et quia hoc

est

*Artif. cui  
dixerit mū  
dū esse q̄s  
num.*

# Quæstio III.

Arist. excusari non potest, de mundi aeternitate.

est totum uniuersum: videlicet ista generabilia, & corruptibilia, supercelstia corpora, & spirituales substantię: creditit Philosophus mundum esse aeternum, & uniuersum nunquam incepisse. Et licet aliqui, & magi aliquando de hoc Philosophus excusare voluerint, videlicet, quod hoc Philosophus nunquam senserit: si considerentur tamen dicta eius, excusare ipsum de hoc est impossibile. Quia ergo non nostra cognitio incipit a sensu: videndum est in ipsis sensibilibus quomodo ponatur motus esse nouus: absque alio precedente motu. Si enim Deus ageret, sicut agunt agentia naturalia, rationes Philosophi, & sequentium eum essent demonstrantes: sed si videantur differētiae Dei ad agentia alia: omnes rationes adductae apparebunt esse levia sophismata. Cum enim circa hanc materiam posse esse triplex modus dicendi, unus Philosophorum, quod demonstrari potest, mundum esse aeternum. Alius quorundam magnorum Theologorum, quod demonstrari potest, mundum incepisse ex tempore. Tertius modus medius, quod mundus incepit ex tempore, cum nec hoc, nec oppositum demonstrari possit: multo tamen sunt difficiliores rationes modernorum Theologorum: volentium demonstrare mundum aeternum non esse.

## Septem ad quemlibet effectum concurrentia.

Vt ergo rationes Philosophorum in hac parte appareat defectiæ, & sophisticæ, dabimus 7. differentias inter Deum, & alia agentia: secundum quod ad quemlibet effectum videntur septem concurrens. In talibus n. est considerare ipsum Agens, quod agit: Virtutem, per quam agit: Actionem, quam agit. Modum, secundum quem agit: Tempus, in quo agit: Finem, quem intendit, & Effectum, quem producit. Fecimus autem mentionem de tempore, in quo agit: quia potissimum volumus insistere circa huiusmodi sensibilia, & circa motum, qui per se tempore mensuratur. quomodo potuerit esse nouus absque praecedente motu. Quia enim per viam motus potissimum conati sunt Philosophi assertere aeternitatē mundi: ideo bonum est, vt inde veritas oriatur, unde falsitas, & deceptio insurgebat. ¶ Prima ergo differentia inter Deum, & alia agentia est: quia Deus est agens primum, ideo est causa, ut dicebatur, omnium effectuum. quia & primū in quolibet genere, est causa omnium eorum, quae sunt post. nihil est ergo, quod non sit effectus Dei, propter quod non oportet, ut supra diffusius diceatur, quod Deus in sua actione aliquid presupponat: alia vero agentia sunt agentia secunda: ideo oportet, quod semper agat aliquo presupposito. Diximus enim supra quod oportet, quod se habeat effectus ad effectū, sicut agens ad agens. Quotiescumque ergo agens innititur alijs agenti, & supponit aliud agens: sicut quodlibet secundum agens presupponit agens primū, & sibi innititur, oportet, quod effectus cuiuslibet talis agentis presupponat effectum agentis pri-

\* Prima dif-  
ferentia inter  
Deū, & agēs  
naturale, ex  
agente.

<sup>2.</sup> Arist. 2.  
Met. c. 4.  
Q. q. 2. ar.

4.

# Artic. I.

47

A mi: in quo recipiatur, & innitatur illi effectui. Si ergo Deus, sicut, & alia agentia, non posset agere, nisi aliquo presupposito, & non posset producere aliquem effectum sensibilem, & aliquid corpus: quia de talibus nunc intendimus loqui, nisi presupponendo aliquid, ut prælupponendo materiam, & transmutando ipsam: impossibile esset, quod motus nouus competenter mobili uno absque motu præcedente. Propter quod oportet creaturam esse aeternam, & mundum non uniuersaliter incepisse. Nam hac hypothesi stante: si motus aliquis est nouus omnino primus, ut dicebamus in arguendo, iste motus nouus aut est mobilis noui, aut mobilis aeterni: Si mobilis aeterni, dicit Philosophus hoc esse irrationale:

<sup>2. Phys. c.</sup>  
<sup>5. 6. 7.</sup>

B & mobile sit aeternum, & incipiatur nouum motum ex tempore: & dato, quod non esset rationale, statim haberetur intentū, quod corpus aliquod, & creatura aliqua esset aeterna. Si ergo illud mobile, ut puta, si sit ignis corpus, quod ponitur mobile, quod peragit motum nouum omnino primum, sit mobile nouum, & sit factum, constat, quod factio sua fuit ex aliquo, quia iam supervisum est, quod nullum agens agat, nullo presupposito, sed quod fit ex aliquo, & quod fit per transmutationem alicuius: fit per motum præcedētem, motus ergo ignis, qui ponitur nouus, & primus, non est primus, quia huiusmodi motū præcessit factio mobilis. si factio ignis, & illa factio fuit motus aliquis, & fuit in aliquo, ut puta quia fuit in aere, ex quo factus est ignis, ergo de illo motu aeris, qui presupponitur in factione ignis, quæretur, utrum sit motus nouus, & utrum sit mobile nouū. Vel ergo oportebit deuenire ad motum, & ad mobile aeternū: vel semper ante motum nouum alicuius corporis noui, fuit motus alterius corporis, per quem factū est illud corpus nouum: vel in rectum, vel per circulum ibitur in infinitum, ut nunquam sit deuenire in motum nouum, quem non præcedat aliquis alius motus. Dicimus autem in rectum, vel in circulum, quia reciproca est generatio elementorum, quia ex aere potest fieri aqua, & ex aqua aer, & econuerso, & sic in infinitum. Ideo diceret Philosophus, quod ante motū aeris fuit motus, & transmutatio aquæ, unde factus est aer: & ante motum, & transmutationem aquæ fuit motus, & transmutatio aeris, unde facta est aqua, & sic reciprocè in infinitum: vel ergo secundum rectum, ut si essent infinita corpora: quorum unum fieret ex alio, & aliud ex alio, vel secundum reciprocationem proximam, ut si aqua fieret ex aere, vel econuerso, vel distantem: ut si ex terra fiat aqua, & ex aqua aer, & ex aere ignis, & ex igne terra, tempet in his, quæ sunt aliquo presupposito, ante motum nouum fuit motus alterius corporis, unde fuit actio mobilis, & ante motum illius alterius corporis fuit motus, & transmutatio alterius, & sic est processus in infinitū. ¶ Hoc ergo modo materia est ingenita, & incorruptibilis, quia supponitur in omni factione, de qua cogimur hoc modo dicere, quod semper genera-

C D

\* Materia  
quæ in gene-  
rabilitate, & in  
corruptione,  
1. Phys. 1. c.  
2.

Generabile  
nullum ex  
tota sua ma-  
teria con-  
stat.

Secunda dif-  
ferentia ex  
virtute.

\* Q.z. ar. 4.

generatio vnius est corruptio alterius, & econ-  
uerso: Hoc etiam modo nullum generabile, nec  
corruptibile constat ex tota materia sua. Secun-  
dum hunc itaque modum procedunt multa in-  
convenientia in argumentis tacta. Sed si in actio  
ne alicuius agentis non presupponatur aliquid,  
cuiusmodi est agens primuni, tunc poterit esse  
motus nouus, quem non praecessit alius motus.  
vt si Deus faceret aliquid corpus non ex trans-  
mutatione alterius corporis, sed per creationem  
producendo simul totam materiam, & formam: si  
illud corpus inciperet moueri: huiusmodi mo-  
ti non oporteret, quod precederet alius motus.  
Quia si dicatur: immo, quia motum corporis p-  
cessit factio corporis; Dicemus quod factio illa  
cum sit creatio: propriè nec est motus, nec mu-  
tatio. Quia si tamen huiusmodi factionem velle-  
mus appellare motum, vel mutationem: dice-  
mus, quod potuit esse illa factio absque aliquo  
alio motu precedente, quia Deus sine sui mu-  
tatione potest mutabilia facere, vt ex praec-  
endentibus potest esse clatum:&, vt in prosequen-  
do, declarabitur. ¶ Secunda differentia inter  
Deum, & alia agentia, sumi potest ex parte virtutis,  
per quam agens agit. Nam, vt supra dice-  
batur: alia agentia agunt per continuationem, qd  
non possunt agere immediatè per se ipsa, sive p  
suam substantiam, sed indigent virtute mediæ  
continuante, & coniungente huiusmodi agentia  
cum suis effectibus: vt ignis indiget virtutem, per  
quā attingat, & agat in calefactibile, & quia ac-  
cidens semper requirit aliquid, in quo recipiat-  
tur: alia agentia non possunt agere nullo pre-  
supposito, nec potest hoc eis communicari. Per  
alia agentia autem non potest produci aliquid  
corpus: quin sit motus, & transmutatio in aliquo  
corpo: qua facta, expoliatur illud corpus acci-  
dentialibus proprijs, & ad ultimum sic expoliatur,  
& corruptitur illud corpus, & generatur aliud  
corpus: Hoc modo semper factio corporis præ-  
supponit motum, & transmutationem alterius  
corporis, & sic in infinitum. Sed si esset aliquid  
agens, quod non indigeret continuatore, sed im-  
mediatè ageret per suam substantiam, cuiusmo-  
di est Deus, qui immediatè posset producere ip-  
sam substantiam rei; poterit Deus producere  
corpus non transmutando aliud corpus, sed  
immediatè causando substantiam illius corpo-  
ris, & in substantia illa causando motum, & alia  
accidentia debita, quod faciendo erit date motū  
nouum, & primum, quem non praecessit aliquis  
alius motus, quod est totum contra fundamen-  
tum Philosophi: videlicet, quod non sit aliquid  
nouum absque motu precedente. Quando. n. nō  
potest produci corpus, nisi per transmutationē  
alterius corporis, non erit mobile nouum, nec  
factio mobilis absque motu alterius corporis, &  
absque transmutatione precedente in alio cor-

A pore. Sed quando agens potest causare corpus:  
non corpus aliud transmutando, sed immediatè  
per suam substantiam producendo, poterit cau-  
sare aliqd nouū nullo motu alio pcedēte. talis. n.  
factio corporis nullū motū alium presupponet.

Tertia differentia Dei ad alia agentia potest  
sumi ex parte actionis, quam agēs agit. Nā actio  
immediata secundorum agentium, per quam  
producitur effectus aliquis corporalis; quia de  
tali nō loquimur, est transmutatio materiae. nā  
si alia agentia non inducunt immediatè substan-  
tiā, sed prius expoliant materiam ab accidē-  
tibus, & transmutant ipsam: immediata actio  
eorum, est transmutatio materiae: vt immediata  
actio ignis est calefactio & aquæ: est infrigida-  
tio: quæ sunt quedā transmutationes. Nec oportet  
ire nunc ad ipsos angelos, quia in hoc satis

B concordamus cum ipso Philosopho, quod tales  
immateriales substantiae non possunt transmu-  
tare materiam, nisi mediante materiali corpore,  
quod quomodo posuerit Philosophus, & quo-  
modo: nos cū agemus infra de actionibus An-  
gelorum, poterit declarari, nunc autem scire suf-  
ficiat, quod nullam transmutationem ad formam  
possunt angeli facere, nisi adhibendo semina, &  
iungendo actiua passiuis. Ideo in has parte relin-  
quendæ sunt actiones angelorum, & videndum  
est, quomodo hæc actiua, & passiuia ad invicem  
agant, & patiantur: quæ cum nullum effectum  
producant, nisi transmutando materiam, imme-  
diatus eorum effectus erit transmutare materia,  
nihil ergo fit ab eis, nisi per precedentem trans-  
mutationem, & motum. ergo quia quælibet fa-  
ctio corporis præsupponit transmutationem al-  
terius corporis, non erit dare mobile nouum si-  
ne transmutatione precedente in alio corpore,  
vnde factum est tale corpus. Factio ergo huius  
mobilis noui præsupponit transmutationem alte-  
rius corporis, & factio illius alterius corporis  
transmutationem, & sic in infinitum. vel ergo,  
est mobile æternum non factum, & ita mundus  
est æternus, vel si quodlibet mobile est factum:  
ibitur in infinitum. Propter quod idem sequit-  
ur, videlicet, quod nunquam vniuersaliter incipi-  
pit mundus, sed secundum Philosophum incipi-  
pit quantum ad alias sui partes, non principia-  
les, sed secundarias: Philosophus ergo hæc, & similia inducebat, vt vtrunque concluderet, vide-  
licet, quod esset mobile aliquid, & corpus aliqd  
non factum æternum, vt cœlum, & quod esset  
mobile ante mobile, & corpus ante corpus in in-  
finitum, vt in istis generabilibus, & corruptibili-  
bus. vt si ex aqua transmutata factus est aet: ac  
nunc factus præsupponit aquam prius facta, &  
postea transmutatam, & factio illius aquæ præ-  
supponit factionem, & transmutationem alte-  
rius, & sic in infinitum, & quia secundum hunc  
naturæ cursum, quem videmus: non potest esse  
corpus ante corpus in infinitum; nisi sit aliquod  
vnum corpus æternum continuâ faciens trans-  
mutationem in huiusmodi corporalibus: ideo  
si cuiuslibet age s' immediata actio esset trans-  
mutatio,

Tertia dif-  
ferentia ex  
actione.

Diss. 7.

C C

D

Mundus  
qđ incz.  
peit, secu-  
dum Philo-  
sophum.

factus  
præsupponit  
transmutationem  
alterius corporis,  
non erit dare mobile nouum si-  
ne transmutatione precedente in alio corpore,  
vnde factum est tale corpus. Factio ergo huius  
mobilis noui præsupponit transmutationem alte-  
rius corporis, & factio illius alterius corporis  
transmutationem, & sic in infinitum. vel ergo,  
est mobile æternum non factum, & ita mundus  
est æternus, vel si quodlibet mobile est factum:  
ibitur in infinitum. Propter quod idem sequit-  
ur, videlicet, quod nunquam vniuersaliter incipi-  
pit mundus, sed secundum Philosophum incipi-  
pit quantum ad alias sui partes, non principia-  
les, sed secundarias: Philosophus ergo hæc, & similia inducebat, vt vtrunque concluderet, vide-  
licet, quod esset mobile aliquid, & corpus aliqd  
non factum æternum, vt cœlum, & quod esset  
mobile ante mobile, & corpus ante corpus in in-  
finitum, vt in istis generabilibus, & corruptibili-  
bus. vt si ex aqua transmutata factus est aet: ac  
nunc factus præsupponit aquam prius facta, &  
postea transmutatam, & factio illius aquæ præ-  
supponit factionem, & transmutationem alte-  
rius, & sic in infinitum, & quia secundum hunc  
naturæ cursum, quem videmus: non potest esse  
corpus ante corpus in infinitum; nisi sit aliquod  
vnum corpus æternum continuâ faciens trans-  
mutationem in huiusmodi corporalibus: ideo  
si cuiuslibet age s' immediata actio esset trans-  
mutatio,

# Quæstio IIII.

Artic. I. 49

mutatio, non fieret aliquis effectus nouus sine transmutatione præcedente. Propter, quod oportet sic ponere, ut Philosophus posuit. Sed Deus ab alijs agentibus differt, quia sua immediata actio potest esse datio absque transmutatione alia præcedente. Nam ille, qui nō inducit formam, nisi transmutando materiam: immediata sua actio, est transmutatio: sed ille, qui potest ipsam substantiam immediatè producere dando sibi esse, sua immediata actio est datio esse, absque transmutatione materiae præcedente. Deus enim qui, ut dictum est, immediatè agit p suam essentiam: non oportet, quod prius producat accidentis, sed potest immediatè ipsam substantiam, & ipsam essentiam producere. Verum q̄a, ut & supra diximus, essentia sive substantia respectu esse: se habet sicut potentia: & esse sicut actus, quia non fit potentia per se, nec actus: sed fit potentia sub actu, & actus in potentia, quia ergo semper per se fit ipsum compositum: causabit Deus essentiam sub esse, & esse in essentia. & quia actio magis se tenet ex parte ipsius actus, quam ex parte potentiae, in qua recipitur actus. q̄a esse se habet tanquam actus: sicut actio ignis est calefactio ( q̄a calor, est actus receptus in calefactibili ) sic actio Dei immediatè potest esse esse factio, quia esse est actus receptus in essentia. Si ergo consideremus, quomodo differt immediata actio Dei ab immediata actione aliorum agentium: de leui patet, quod Deus potest producere effectum nouum absque transmutatione aliqua præcedente, quod non possumt alia agentia.

Quarta autem differentia Dei ad alia agentia, est ex modo agendi. nā omnia alia agentia agunt, vt organa: de ratione autem organi est agere, vt applicatum. & quia omne agens applicatum, vt supra diximus, non potest agere, nisi presupponendo illud, ad qd applicatur: ideo omnia alia agentia agunt aliquo presupposito, & si volumus loq̄ in istis effectibus sensibilibus: vnde debemus ad intelligibilia descendere: si agens non posset producere effectum sensibilem, nisi prius applicatum ad aliquod corpus sensibile; oportet, q̄ nihil faceret nisi transmutando illud corpus sensibile, vnde faceret effectum intentum. Sed si esset aliquod agens, quod ageret, vt nō applicatum: cuiusmodi est Deus: posset agere absque transmutatione præcedente, quia non oportet, q̄ tale agens prius se applicaret, & postea transmutaret, sed absque transmutatione præcedente produceret, & unitet se producto. Et, vt hanc viam diffusius declatemus: dicamus, q̄ in alijs agentibus potest esse necessaria quintupliciter applicatio, quæ non est necessaria in actione Dei. Prima est ex parte agentis superioris. Secunda ex parte actionis, quam agit agens. Tertia ex parte ipsius passi. Quarta ex parte proportionis, & ordinis, qui requiritur inter agens, & passum. Quinta ex parte eius, quod adminiculatur ad agendum. Primo igitur dico, quod requiritur applicatio superioris agentis, vt puta si aliqua intelligentia debet inducere aliquem effectum in istis inferio-

\* Quæst. 3.  
art. 2.  
Est dicit  
act. Essentia  
verò po-  
tentiam.

Quarta dif-  
ferentia ex  
modo agen-  
di.

Agentibus  
alijs à Deo  
quincuplex  
applicatio  
necessaria.

Applicatio  
prima.

A ribus: primo erit ibi applicatio ex parte agentis superioris, quia Deus cuilibet dat virtutem ad agendum, & virtutem cuiuslibet agentis applicat ad agendum, nam nullum agens potest agere: nisi in illo agente sit Deus, & nisi illud agens agatur, & moueat ad agendum per Deum, si- cut enim in his, quæ sunt gratiæ: qui spiritu Dei aguntur: hi filii Dei sunt: sic in his, quæ sunt na- turæ, agentia, quæ Deo auctore aguntur, organa Dei sunt. Nam sicut nullum ens est, nisi semper est Deus præsens vniens, & cōnectens esse eius cum essentia: quia sicut ad ictum oculi stare non posset, si Deus se subtraheret: sic nullum agēs per virtutem, quam habet, ageret. Solus ergo, nisi semper adesse Deus cōnectens, & vniens virtutem cum sua actione, & cum suo effectu, nō posset agere. Deus autē, quia est principale agēs, tali applicatione non indiget. Secundo si aliqua intelligentia deberet aliquem effectum facere in istis inferioribus, indigeret applicatione ex parte sua actionis, nam actio intelligentiae non est sua substantia: aliqua ergo variatio est in intelligentia ex sua actione, non. n. intelligentia per suam substantiam coniungit se ei, quod agit, sed per actionem super additâ substantiæ. sed actio Dei est ipsa sua substantia: ideo non oportet, quod sit actio media coniungens Deum suo effectui, sed ipse per suam essentiam immediatè potest producere, & immediatè attingit omnem effectum. ideo in actione Dei nullam potētialitatem, nullam variationem in ipso ponimus: semper est. n. Deus coniunctus suæ actioni interiori: non autē sic semper est coniunctus angelus. Quod si vellemus hoc adaptare ad ipsa corpora: dicemus, q̄ sicut substantia spiritualis habet suam actionem interiorim, & per illam progradientur in opus exterius: vt angelus per suū velle, & intelligere aliiquid operatur in exteriori substantia: sic cor- pus, quia per calorem calet in se: ideo calefacit aliud, calere autem est aliiquid superadditū cot- porti: & intelligere, & velle est aliiquid superad- ditum substantiæ Angeli. Intelligere autem Dei, & eius velle, per quem omnia produxit in esse: non sunt aliiquid superadditum substantiæ Dei. Tertio in alijs agentibus requiritur applicatio ex parte passi, quia nisi præexistet passum, cui se tale agens applicaret: nihil posset tale agens facere. Deus autem non indiget passo, vel non præsupponit passum, cui se applicet ad agendum: sed potest ipsum passum producere totum: absq; eo, quod aliiquid præexistat. Quarto in alijs agentibus requiritur applicatio ex parte ordinis, & proportionis, quæ requiritur inter agens, & pa- tiens. nō. n. calidum ex eo, quod calet, agit, & calefacit, nisi adsit calefactibile in debito ordine, & in debita proportione: vt q̄a debet esse approximatum, & quia debet esse sic situatum, vt pos- sit ibi esse actio, & passio; sic etiam intelligentia non potest quocunque modo agere: vt, cum est in cœlo, nō posset mouere aliquid, quod est hic inferius: nisi forte mouendo cœlum: sed suā ta- men actionem immediatā: q̄a nō vbiique est: nō

In his, quæ  
naturæ, &  
gratia agi-  
tur, & mo-  
uentur à  
Deo ad agē-  
dum.

Rom. 8.

B Applicatio  
secunda.

C D Applicatio  
tertia.

D Applicatio  
quarta.

E Aegid. super ij. Sent. G vbiique

# 50 Distinctio I.

Applicatio quinta.

vbiue operatur, quod de Deo dicere non possumus. Quinto in talibus agentibus requiritur applicatio ex parte adminiculatis, vt quia angelus non potest transmutare materiam ad aliquam formam, nisi adhibendo semina, & applicando actiuam passiuam: ideo oportet, quod applicet actiuam passiuam, si debet sic materiam transmutare, sic, & alia agentia, vbi indigent adminiculante; oportet, qd agens adminiculans applicetur passo, vt fiat actio, & passio. Si ergo agens creatum facit aliquem effectum nouum, quem prius non faciebat: hunc effectum nouum praecedit multiplex motus: accipiendo large motum pro omni innovatione, nam talem effectum praecedit motus. quia istud agens creatum non potest agere nisi motum a superiori agente. Praecedit etiam motus, vel innovation, quia non potest agere nisi per aliquid superadditum suae substantiae. Praecedit etiam huc effectum nouus motus ex parte passi, quia cum tale agens non agat nisi applicatum ad passum: oportet, quod prius trasmutet passum, & postea producat effectum nouum. Praecedit, & quarto in talibus agentibus effectum nouum aliqua transmutatio ex parte proportionis, & ordinis, vt si ignis modo agit in stuppa, vbi prius non agebat; aliqua proportio deficiebat ibi, quare non erat actio, & passio, vt forte quia stuppa nimis distabat ab igne: vel forte, quia erat madefacta: ideo eam non comburebat, quam postea deliciatam comburit: vel quia ignis non erat plene accensus, & in actu: ideo non agebat: postea factus in actu, egit. Hanc etiam proportionem oportet ponere esse in intelligentijs, quia non mouent quocunque, & quocunque modo, & maximè in motu ad formam, secundum quem non agunt nisi adhibendo semina. Quinto in talibus agentibus effectum nouum praecedit transmutatio ex parte adminiculantis, vt ideo nunc talia agentia agunt, & prius non agebant, quia aliquid est adminiculans eis, quod prius non erat: sicut intelligentia, seu angelus, vt dimittamus loqui de ipsis corporalibus. nam & ipsis angelis suu velle non est suum facere: nec suum dicere, sive suum intelligere est suum facere: id est suum velle, & suum intelligere non sufficit ad facere, sed requiritur ibi ordo, & proportio: requiritur etiam ibi adminiculans, quia non quicquid possunt talia agentia cum adminiculante, possunt sine adminiculante, nihil ergo potest fieri a talibus agentibus sine motu praecedente. Si Deus, qui agit non motus ab alio: nec per aliquid superadditum suae substantiae: cui suum dicere est suu facere, & ita est potens suum dicere, & suum velle, quod quicquid vult, & quando vult, & quomodo vult, sic fit: qui etiam potest agere nullo presupposito, & non indiget aliquo adminiculante, quia quicquid potest, medianibus secundis agentibus, potest sine illis: potest nouum effectum facere absque nouitate in ipso, quia non agit motus, nec variationi subiectus, & absque motu praecedente in alio, cum in sua actione non presupponat aliud.

# Pars I.

A Quinta differentia Dei ad alia agentia est ex tempore, in quo agit. Hoc enim volumus querere de motu, & de mobili: vtrum possit esse mobile nonum, & motus nouus sine motu praecedente, & quia motus non potest esse sine tempore: ideo oportet dare disfletentiā Dei, ac aliorū agentiū ex parte ipsius temporis. Dicemus igitur, qd si Deus aliquid ageret in tempore, vtputa si producere aliquod corpus mobile, quod statim inciperet moueri: sic ageret talē effectum in tempore, q simul cum effectu produceret, vel posset producere tempus: propter quod in sua actione non presupponeret tempus. Sed omnia alia agentia in producendo aliquem effectum presupponunt tempus, & quia tempus non est sine motu: ideo presupponunt motum.

B Sexta differentia est ex parte finis, quem intendit agens, nam aliqua agentia agunt propter bonum aliquod acquirendum: Deus autem propter bonitatem suam cōmunicandam. Vnde Psal. 15. Dixi Domino: Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non es. Et in prioribus dicitur, quod Deo nihil est proficiens: omnia ergo alia agentia, quia intendunt bonum acquirere: si non statim agunt, aliquid deficit eis: vel quia illa actio non est tunc proficia: ideo expectant tempus, ut sit eis proficia, vel quia non est ad bonum, quod intendunt acquirere: vel quia aliquid deficit eis, vt illam actionem faciat: ideo aliquis motus, vel aliqua mutatio requiritur, vt agant, vel ex parte agentis, vel ex parte aliarum rerum. Sed Deus, qui solū agit, vt bonitatem suam cōmunicet rebus, qui in actionibus suis non intendit principaliter alium finem, nisi seipsum, & bonitatem suam: omnia agit secundum ordinem sapientiae suæ: prout per sapientiam suam ordinavit bonitatem suam cōmunicare rebus, voluntate ergo eterna agit; sed tunc agit, cum ordinat agere: ordinavit autem ab eterno, vt produceret creaturā in tempore; ideo absq; mutatione facta in ipso: sed in tua voluntate eterna creaturas temporales produxit.

C Septima differentia est ex parte effectus, quē agens producit, nam alia agentia, sicut non possunt effectum adnihilare, ita non possunt ex nihilo producere, sed tota creatura, sive ipse mūdus, vt patuit per August, ad ictum oculi non staret: si Deus se ipsum subtraheret. Potest ergo effectum adnihilare, & per consequens potest de nihilo producere: & sic potest effectum nouum absque transmutatione praecedenti facere.

*Resp. ad rationes Arist. ex 8. Phys.*

D Ex dictis autem de leui possunt argumenta solui facta in 8. Physi, nam cum primo dicitur, q motus primus, si sit nouus, presupponit factioē mobilis, & factio mobilis non est sine motu praecedente: patet quod cum Deus possit agere nullo presupposito: potest facere mobile absq; motu praecedente: erit ergo motus nouus, & primus, quem non praecessit, nisi factio mobilis, quam factioē nullus praecessit motus.

Quod

Quinta differentia ex tempore, qd Deus totū, & totaliter facere posset, i. compositum, & partes, &c.

Sexta differentia ex fine. Deus agit propter bonum: co-candum. Psal. 15.

Vide supra applicatio-ne. 1.

Quod autem secundo addebatur, quod nihil est in aliqua dispositione, in qua prius non erat, nisi per motum præcedentem; patet esse falsum. nam cū Deus agat nullo præsupposito: potest facere mobile nouum, quod statim incipiet moueri. erit ergo illud mobile in dispositione, ut moueat, in qua dispositione prius non erat: quia nullo modo erat: & tamen hoc non fuit per motū præcedentē, quia mobile illud incēpit esse absq; alia transmutatione, & absque alio præcedente motu.

Quod autem tertio addebatur, quod est simile de agentibus naturalibus, & à proposito, quia sicut agens naturale facit alterum oppositorum determinatē, & si facit aliud oppositum, utputa, si frigidum calefacit, hoc est per accidēs. Sic agēs à proposito semper facit alterum oppositorum, ut medicus semper sanat: si autem nō sanat, hoc est per accidēns, & propter aliquid impedimentum. ut quia ignorat, vel quia habet corruptum appetitum, vel quia est materia indisposita; Nisi debet, quod alia agentia ex suis actionibus consequantur aliquid bonum: ideo si non agunt, unde poslunt consequi simpliciter bonum, hoc est, vel quia ignorant: vel quia habent corruptū appetitum: & volunt, quod est eis simpliciter bonum; vel quia est aliquid impediens extra: propter quod oportet amouere vel ignorantiam, vel corruptionem appetitus, vel impedimentum aliud; quod non est sine aliqua transmutatione præcedente. Sed Deus, cui nihil est proficiens, qd non agit propter finem alium, sed solum propter bonitatem suam, ut huiusmodi bonitatē secundum ordinem sapientie lux. communicet rebus: non quia aliquid potuissest impedire actionem suam; nec ex ignorantia: nec ex corruptione appetitus: sed quia sic ordinavit per sapientiā suā: sic egit, & sic tunc fecit nūdum, sicut ordinavit: non aliter, nec ante.

Quod autem quarto addebatur de nouo ordine, & noua relatione patet, quod agentia naturalia præsupponunt aliquid in quod agant, & debitam proportionem agentis ad patiens. Si ergo talia agentia non agunt, & postea agunt, vel hoc est, quia deficit passum: vel quia, & si est passum, non est proportionatum agēti, ut quia est distas, vel indispositū. Quod ergo siat debitus ordo, & debita relatio: ut, qd siat passum: vel quia siat debite dispositum: non potest esse naturaliter sine præcedente motu. sed Deus quia non agit, ut applicatus, & quia potest rem facere, nullo præsupposito, & absque transmutatione materię: inter creaturam, & ipsum potest consurgere noua relatio, & noua dependentia: non ex motu præcedente, sed ex simplici factione creaturæ. Primus ergo motus potuit esse, & fuit nouus, & non præsupposuit, nisi factiōne creature: ex qua factione etat debitus ordo, & debita dependentia creaturæ ad Deū, ut posset ipsam mouere sicut sibi placet. Ipsam aut factiōne creaturæ nō oportuit, qd præcesserit nec motus, nec transmutatio: quia, ut patuit, Deus potest agere, nullo præsupposito,

A Quod autem quinto addebatur, quod nunc est differentia temporis, & non potest esse differentia temporis sine tempore: Propter quod si tempus incēpisset in aliquo nunc, & ante illud nunc non fuisset tempus: secundum hoc ergo fuisset ante, quod est differentia temporis sine tempore; sic etiam, si desineret: non esset postea tempus; Dici potest, quod nunc semper est initium, & finis temporis. non solum realiter, sed tē potis imaginati. Fuit enim dare nunc, ante quod non fuit tempus: sed illud, ante, dicit differentiā temporis, non simpliciter, sed imaginati. Possimus, n. imaginari tempus, antequām inciperet tēpus: sed illud, ante, dicit tempus imaginatum solum, ut communiter ponitur. sic etiam erit nūc: post quod non erit tempus: quando cessabit motus primi mobilis. Sed illud, post, dicit tempus imaginatum solum. Si ergo secundum tale ante, & tale, post, volumus arguere, quod tempus nunquā incēpit, nec desinet: probabimus, qd quantitas corporalis sit infinita. nam si finitur: ergo extra huiusmodi quantitatem nihil erit, sed extra est differentia loci, & differentia loci non est si ne loco: locus autem non est sine corpore: ergo extra totum vniuersum est corpus, & adhuc extra corpus, iterum corpus, & sic in infinitum. Sicut ergo tali sophistificationi respōdemus, quod cum dicimus extra vniuersum: ly extra, dicit locū imaginatum. Propter quod dicit Philosophus in 3. Physic. t.c. 75. quod non deberaus in hac parte intelligentiæ, imaginationi credere; sic cum dicimus: si tempus incēpit in aliquo nunc: ergo ante id nō fuit tempus: & si desineret, post illud nō esset tempus: ly ante, & post, dicunt tempus imaginatum tantum. Est ergo dare instans, quod ita fuit principium futuri, quod non fuit finis temporis præteriti: nisi temporis imaginati tantum: & quando cessabit motus primi mobilis, erit dare istans, quod erit finis præteriti, & nō erit principium temporis futuri: nisi temporis imaginati tantum: loquendo de tempore, de quo locuti sunt Philosophi.

### Ad rationem. I. Phys.

Ex dictis etiam potest solui ratio sumpta ex 1. Physi. Quod materia est ingenita, & incorruptibilis; verum est enim, quod quicquid generatur, vel quicquid producitur per viam motus, & per transmutationem, & vniuersaliter producitur ex materia præiacente: & quicquid corrūpitur hoc modo, cedit in potentiam matetiæ. Sed cū Deus possit agere, nullo præsupposito: non oportet, qd transmutet materiam, & inducat formam; sed simul potest producere, & producere materiam, & formam: materia ergo est ingenita, & incorruptibilis per transmutationem, & motum: sed est à Deo per creationem producta sine transmutatione, & motu.

### Ad rationes de celo.

Ex dictis etiam solui possunt rationes sumptę ex libro de celo, & mundo. Nā cū dicitur, quod t.c. 22. Aegid. super ij. Sent. G 2 omne,

CONTRA-DICTIO.  
\*Nūc semper eī initii, & finis temporis. Sed in 2.p. Hexameo. c.1. ait, pri munītias esse rātum initii futuri, & non finis p̄te riti. Nodus aut dissolutur, hic n. loqui de tēpore imaginato, & rea li: ibi uero de reali tan tum Sed id vide infra artic. 2.

Triplex. n. datuſ illas, idest conter dictum inter præteritū, & futurū: Alterū, qd fuit tantū principiū, p̄t fuit rati, in quo Deo creauit Mūdū. Tertiū finis tantū præteriti, qd erit in fine mundi, cuius distiſio qd intellectu ſume à linea int̄cā fa hic poſita.

— — — — —  
Tertius. — — — — —  
Futurū. — — — — —

omne, quod generatur habet contrarium ad dictum: quod generationes, & corruptiones naturales, quae sunt per transmutationem materiae sunt ex contrariis, & in contraria: sed per actionem Dei, quae nihil presupponit, & per quam potest produci aliquid sine transmutatione materiae: non oportet, quod sic productum habeat contrarium. per talem enim actionem potest produci non solum, quod caret contrario, ut cœlum, sed etiam, quod caret materia, ut intelligentia.

Cœlum quod incorruptibile.

Cœlum quod ingenerabile.

Vacuum ante mundum creatio em auctoritate.

Vniuersitas, & cœlum quod non sunt in loco. Cœlum n. p. vltima spissitatem est in loco per accidens ratione certe est in loco. Cœlum pro vniuerso ratione partium. 4. Phys. 44.

Quod autem secundo addebatur: Omne generabile est corruptibile: & omne, quod incipit esse, definit esse; dici debet, quod cœlum ingenerabile est in esse, & nunquam definiet esse: sed quod possit sic se perpetuare in esse: hoc non habet à se: sed ab alio: ideo, quod est, & quod posset perpetuari in esse, tunc habuit: quando voluit qui sibi dedit, & tunc perderet quando vellet sibi subtrahere. Vel possumus dicere, quod sicut cœlum incipit esse: sic posset definire esse, & sicut non incipit esse: non posset definire esse. Incipit enim esse per voluntatem Dei creantis ipsum, & si vellet Deus per voluntatem eius, posset definire esse: non autem incipit esse cœlum per actionem naturalium agentium: nec per eorum actionem posset definire esse. Est ergo hoc modo ingenerabile, & incorruptibile vniuersaliter, vel per actionem naturalium agentium, ingenerabilitas enim, & incorruptibilitas sequuntur naturaliter, quia naturalia agentia non possent ipsum producere, vel corrumpere. ergo à Deo habet, quod sit incorruptibile: à quo habet suam naturam, & à quo conservatur in sua materia.

Quod autem addebatur tertio, quod oportet presupponere vacuum, in quo receptum fuit uniusversum: Dici debet, quod vacuum non dicit nihil: sed dicit locum priuatum corpore, vel dicit dimensiones separatas, ante ergo creationem mundi non fuit vacuum, quia nihil erat. Ad formam autem arguendi dici potest, quod non est simile de eo, quod generatur ex aliquo, & de eo, quod generatur ex nihilo, quia illud, quod generatur ex aliquo: sicut presupponit illud aliqd, de quo generatur, ita presupponit locum, in quo est illud aliqd, ex quo generatur, & in quo postea est illud, quod inde generatur: sed in eo, quod sit ex nihilo, nihil presupponitur. Vel possumus dicere, quod totum vniuersum non est in loco per se: dicimus enim, quod unum elementum est in alio, & quod omnia elementa sunt in celo: cœlum autem non amplius est in loco, sic nec totum vniuersum est per se in loco: quia non continetur ab alio, sed si aliquis modus essendi in loco cōpetit vniuerso: huiusmodi locus non fuit ante creationem vniuersi: sed fuit simul creatus cum vniuerso.

Quod autem quarto addebatur: Nullum generabile constat ex tota materia sua: dici debet, quod accipiendo generationem largè ad omnem productionem: illud, quod generatur, i.e. illud, quod producitur de aliqua materia, & à simili in specie non constat ex tota materia sua: quia agens, & patiens hoc modo communicant in materia,

A Sed illud, quod producitur ex nihilo: non est inconveniens, quod constet ex tota sua materia

*Ad rationes de Generatione.*

Ex dictis et possunt solui rationes sumptae, ex habitis in 2. de Generatione: Nam cum primo dicitur, quod omnis disformitas reducitur ad uniformitatem: dici debet, quod haec disformitas, vel haec diuersitas, quodcum prius non fuisset motus: postea fuit motus: reducitur in uniformitatem: non in motum aliquem uniformem, sed in voluntatem diuinam: quod stabilis in se manens dat cuncta moueri, & quod semper uniformiter se habet, & æterna existens: secundum ordinem diuinæ sapientie creavit motum nouum, & alia noua, quod aeterna non fuerunt.

B Quod autem secundo addebatur: Idem manens idem semper facit idem, ut patuit in questione precedentem: quomodo veritatem habeat, quod dicitur, sicut diffusius pertractatum. Possumus tandem, si volumus, & aliter soluere obiectionem factam: dicemus. n. quod agens per intellectum agit secundum intellectuales rationes, quas apud se habet: quas rationes in Deo vocamus ideas, sed huiusmodi rationes in intellectu existentes non sunt factiæ rerum, nisi, ut se extendunt ad voluntatem, vel nisi secundum imperium voluntatis, nam intellectus extensio intelligenda est secundum ordinem ad voluntatem: omnia ergo producta à Deo, sunt à Deo volita secundum ordinem suæ sapientie. Deus ergo hoc modo tempèr facit idem, quia non facit, nisi illud, quod ab æterno voluit, & per suam sapientiam ordinavit.

C Quod autem tertio addebatur, quod generationis unius est corruptio alterius, & econuerso: & quod ista se inuicem presupponunt: Dici debet, quod accipiendo generationem pro omni productione, quādū diu aliiquid producitur ex aliquo: non potest esse generatio sine corruptione, & quādū diu aliiquid corruptitur in aliiquid, non est corruptio sine generatione: ut si ex aqua fit aer: non erit factio aeris sine corruptione aquæ, nec econuerso. Sed si aliiquid fieret ex nihilo, vel si corruptum petetur in nihil: esset productio sine corruptione, & corruptio sine generatione: generatio ergo, & corruptio se inuicem inferunt: in his, quod sunt ex aliquo, & naturaliter: non in his, quod sunt ex nihilo, & à Deo.

D

*Ad Averroem.*

Ex dictis etiam possunt solui rationes Comét. nam cum primo dicitur, quod instans semper fluxit, & non potest demonstrari: dici debet, quod instans temporis semper fluxit, ex quo incipit esse: sed non semper fluxit à priori, quia non semper fuit motus: nec semper fluere in posterius, quia aliquando cessabit motus: simul enim cum motu incipit tempus: mobile ergo fluens causauit motum, & instans fluens causauit tempus. In principio ergo temporis, vel in principio motus incipit fluere instans absque motu præcedente, & absque

Idem  
idem, q.  
intellig.  
Vide lu.  
q. 3. art. 3.

Intellectus  
extensio  
fit prædicta

# Quæstio IIII.

Jaffans, an  
signari pos  
it.

absque instanti præcedente: non ergo talia sunt æterna. Ad formam ergo arguendi dicendum, q[uod] instans fluens non potest demonstrari à nobis, q[uia] nostrum intelligere est cum continuo, & tempore; ideo instans proprius suum continuum fluxu non potest demonstrari, nisi sit aliud instans: ipsum tamē de se est signabile, quia est dare instans, quod ita fuit principium temporis futuri, quod non fuit finis præteriti.

Quod aut̄ secundo addebatur, quod omne agens si nunc agit, & prius non agebat; hoc est, q[uia] aliqua facta est proportio inter ipsum, & effectū; Dici debet, q[uod] vt patuit, rationes in Deo sunt facti etiæ terum, vt habent ordinem ad voluntatem diuinam: sicut ergo Deus voluit ordinare, & quādo voluit ordinare: sic fecit mundum. Si quis ergo vult hoc appellare proportionem effectus, vt est, & quando est à Deo volitus: verum est, q[uod] prius non siebat mundus, quia non erat tunc à Deo volitus. Sed ex hoc non debemus dicere, q[uod] ista proportio sit facta: vel, q[uod] iste ordo inter agēs, & patiens sit factus. nam huiusmodi ordo non est factus, sed æternus: ab æterno. n. ordinavit Deus in seipso quando, & quā voluit producere, & sicut ordinavit, sic produxit.

Quod vero tertio addebatur: Agens per intellectum, quod prius non agebat, & postea agit apprehendit diversa tempora: videlicet tempus, in quo non agebat, & tempus, in quo agit, & q[uod] hoc non est sine motu; Dici debet, quod ex hoc non arguitur, quod ante factionem mundi fuerit tempus aliquod realiter. Sed, quod fuerit solum secundum apprehensionem intellectus. quod si concedatur, nullum sequitur inconueniens, quia omnia fuerant ab æterno in apprehensione intellectus diuini, ex hoc ergo non habetur, quod fuerit creatura aliqua realiter, nec tēpus, nec motus ante factionem mundi.

Quod autem quarto addebatur, quod sicut voluntas noua nō potest facere effectū antiquū: sic nec antiqua nouum; Dici debet, quod non est simile: nam, quod causa præcedat effectum, nullum est inconueniens: sed, quod sequatur, est inconueniens, quod ergo voluntas noua faciat effectum antiquum, & quod sequatur effectum suū, est inconueniens: non aut̄ est inconueniens econuerso. Vel possumus dicere, quod pro tanto aliquid veritatis habet, quod dicitur, quod à causa antiqua est antiquum, & à noua nouum: quia oportet esse ordinem aliquem inter causam, & effectum. si ergo simul cū voluntate æterna Dei saluamus sufficientem ordinem ad productionē effectus noui; nullum est inconueniens, si à voluntate æterna Dei procedit effectus nouus. Dicimus ergo, q[uod] quia calidum per se calefacit: ideo aliquid instantum habet per se ordinem ad calidum, tanquam ad per se caudam; inquantum est calefactum; & tunc habet hunc ordinem, quādo est calefactum: sic & in proposito, quia voluntas Dei est per se causa effectus, & instantum effectus habet per se ordinem ad Deum, tanquam ad causam agentem, inquantum est à Deo volitus: & tunc

# Artic. I.

53

A habet hunc per se ordinem, quādo est à Deo volitus, vt fiat: propter hoc non oportet voluntatē Dei esse nouam; quia semper voluntas Dei est æterna, & ab æterno voluit quicquid voluit, & ab æterno voluit effectus fieri: non ut fierent ab æterno, sed in tempore. Voluit ergo Deus ab æterno, ut fierent effectus in tali tempore, & tunc facti sunt effectus, sicut Deus voluit, & ordinavit; salvamus ergo in Deo voluntatem æternam, & salvamus hunc ordinem: quod fiat effectus in hoc tempore, nō in alio: ratione ergo ordinis non ratione effectus: in Deo voluntas antiqua, & æterna facit nouum effectum in tēpore, causa, ordine, & æterno. Nunquam ergo à voluntate priori fit effectus posterior: nisi mediate ordine priori: vt, q[uod] prius ordinaverit sic facere à voluntate eius æterna eternaliter ordinante, vt fiat effectus nouus in tempore: potest tunc fieri talis effectus in illo tēpore, in quo ab æterno ordinavit hoc facere.

Quod vero addebatur quinto, quod voluntas antiqua non agit actionem nouam, nisi quia aliquid expectat; oportet ergo, quod transiāt tempora, & veniat tempus illud, in quo vult agere: non ergo aget aliquid nouum, nisi per transmutationem præcedentem: quia oportet præcedere tempus, & motus: vtque ad tempus nouum, & motum nouum, in quo fiet effectus nouus; Dici debet, quod in hac ratione, aut sit vis in expectatione: aut in præteritione temporum. si fiat vis in præteritione temporum, dici debet, quod nullus motus, nulla præteritio, nullum tempus fuit ante factionem mundi. Nam Deus simul apprehendit omnia tempora: non antem apprehendit tempus post tempus: Ideo nullus motus, nulla præteritio est in apprehensione Dei. Si ergo Angelus fuisset ab æterno, & voluisse facere mundum in tempore: fuisset motus ab æterno in apprehensione Angelii, & in ipso Angelo ante, quā fuisset mundus. nam non potuisset Angelus, cū habeat intellectum finitum, totum tēpus apprehendere simul. Sed illud dicemus, hac hypothesi stante, de apprehensione Angelii, quod dicemus de generatione hominum. nam sicut si mundus fuisset eternus, semper fuisset homo post hominem, & nunquam esset date primum hominem: sic Angelus semper apprehenderet tempus post tempus, & semper una apprehensione temporis precessisset aliā, donec deueniret esset ad hoc tēpus: nunquam tamen esset date primam apprehensionem temporis, ab æterno ergo fuisset motus, & successio apprehensionum in Angelo. dicimus enim, quod Angelus potest stare in apprehensione sua, quantum vult. Posset ergo Angelus, si fuisset ab æterno, hoc modo deuenire ad apprehensionem huius temporis per apprehensionem ad hoc tempus, quia potuisset apprehendere aliquid tempus finitum, & potuisset stare in apprehensione illa tam diu, quod si fuisset tēpus exterius, cunctisset tantū tempus, & postea apprehendisset aliud tempus finitum, donec deueniret

C

D

Psal. 114.

Tempus an  
factū in tē  
pore.

veniret ad hoc tempus, in quo esset agendum, & quia ab ēterno sic apprehendisset successiū: non esset dare in eo primum apprehensum else. Dato ergo, q̄ Angelus fuisse ab ēterno: non potuisse ordinatē facere effectū in tempore, quia ab ēterno non potuisse apprehendere facere effectū temporalem: nisi successiū apprehendēdo tempus post tempus. Angelus ergo ēternus: & voluntas sua ēterna, & intellectus suus ēternus: non potuisse facere effectū nouū, nisi per apprehensionem nouam, & per actionem nouam, & volitionem nouam, nam sicut succederet apprehensio apprehensioni: sic, & volitio volitioni. quicquid autem sit de Angelo: patet tamen, q̄ Deus quia habet intellectum infinitum, omnia tēpora simul apprehendit: propter quod absq; aliqua præteritione, & absque alio motu, nec in se, nec in alio: potuit apprehendere, & ordinatē facere effectū in tali tempore, sicut fecit. A voluntate ergo sua ēterna, & ab intellectione sua ēterna, intelligente hoc tempus nouum, potuit progredi effectus in tali tempore. Si autem fiat yis in expectatione: dici debet, quod Deus antea factiōnē mundi nihil expectabit: sed nollebat adhuc mundum facere: nam qui agit propter finem alium à se; ille regulatur, & ille retardatur, & expectat: vt agat secundum exigentiam sui finis. sed qui non agit, nisi propter seipsum, & nihil querit extra seipsum, & extra voluntatiē suā, quare agat in omnibus reddenda est causa, voluntas sua, & ordo sapientiae lux, non est ergo reddēda causa si non agit, quod aliquid spectet: vel, q̄ propter aliquid retardetur, sed ideo, vel agit, vel non agit, quia sic ordinavit, & sic voluit, vt dicamus, cū David: Omnia, quęcunque voluit, fecit.

Quod autem addebat sexto de acceptiōne duorum fundamentorum, dicimus, q̄ virumque fundamentum est falsum. Nam primum fundamentum, quod agens, quod non agebat, & postea agit: aliquid expectet, falsum est: nam Deus prius non fecerat mundum, & postea fecit: non quia aliquid expectabat: sed quia agere nollebat, vt supra patuit. Secundum etiam fundamentum est falsum: videlicet, q̄ si fieret tempus, quod fieret in tempore. Nam sicut motus nō est motus, motus enim fit seipso, non fit per aliū motum: sic tempus non fit in alio tēpore. Vel possumus dicere, q̄ tempus fuit factum in instanti: non q̄a instans sit tempus, sed quia est initium temporis: hoc ergo modo dicitur esse factum tempus in instanti, quia fuit factum initium temporis, quod est instans. nō ergo factiōnē tēporis p̄cessit tēpus, sed solum instans, quod est initium temporis.

Quod autem addebat septimo, quod impossibile est infinita pertransire: patet, quod nullus fuit ibi pertransitus: nulla præteritio, quia Deus simul omnia apprehendit. si enim ab Angelo fuisse factus mundus in tempore, & ipse fuisse ab ēterno: oportuisset, præcessisse infinitas apprehensiones temporis, vt Angelus potuisse deuenire ad apprehensionem huius temporis: Sed talia in Deo locum non habent. Habet

A & alios defectus hæc ratio: sed nō est nobis curē: q̄a sufficienter soluta est, vt ad propostū spectat.

Ad Auicennam.

Ex dictis ēt possunt solvi rationes Auicenæ. Nam cum primo dicitur, quod si Deus præcessit mundum, vel hoc fuit natura tantum: vel duratione, dici debet, quod duratione, non duratione, quae sit tempus, sed duratione, quae est ēternitas. nam Deus præcessit mundum, vel præcessit omnia ēternitate, vt dicit August. 12. Confel. to.1.

Quod vero dicitur, quod prius, & posterius facit tempus, verum est prius, & posterius in eadē mēsura: sed, quod vna mensura sit prior alia: vt, q̄ ēternitas sit prior tempore: illa prioritas est ēternitas, non tempus.

B Quod autem addebat secundo, q̄ Deus est causa per essentiam suam: ideo semper est causa; Dici debet, q̄ Deus est causa per essentiā suam: quia voluntas in Deo est idem, q̄ essentia sua: tamen aliam habitudinem, vel alium modum signandi habet voluntas, quam essentia. Propter quod aliqua concedimus de essentia: & aliqua de velle: quae non concedimus de else. Dicimus enim, quod Deus vult bonum nostrum, & bonum omne creatum. non tamen est bonum creatum, sed in creatum: quantūcunque ergo Deus est per essentiam, est ēternaliter, & illa sunt ēterna, vt si est pulcher, bonus, sapiens: illa bonitas est ēterna: sic etiam, & pulchritudo, & sapientia: sed nō quęcunque vult illa sunt ēterna, quia voluntate ēterna vult temporalia, quae temporalia sunt.

C Ad formam ergo argumenti dicendum, q̄ esse Dei, vt essentia, est ratio, quod Deus sit hoc, vel illud: vel, vt magis apte loquamur, est ratio, q̄ nec sit hoc, nec illud: sed sit à quo tollendum est hoc, & illud: sed essentia Dei, vt voluntas, est ratio, quod Deus agat hoc, vel illud: & quia, vt dictum est, voluntate ēterna p̄t Deus velle agere temporalia; non potest esse causa temporalium.

## ARTIC. II.

*An demonstrari posſit, Mundum incēpisse, & ēternum esse potuisse. Conclusio est negativa.*

D Henr. quol. 1. q. 7. & quol. 9. q. 17. D. Tho. 1. p. q. 46. ar. 2. Itē quol. 3. ar. 3. 1. & Opusc. q. 3. ar. 17. D. Bonav. d. 1. ar. 1. q. 2. Holcoth. 2. sent. q. 2. ar. 5. Capreol. d. 1. q. 1. Greg. Arim. d. 1. art. 3. Dür. d. 1. q. 2. Bacci. d. 1. q. 4. 5. 6. Sco. d. 1. q. 3. Th. arg. d. 1. q. 2. ar. 2. Brulef. d. 1. q. 2. Bñdictus Perierius. li. 1. s. à ca. 10. ad finem vñq. Arist. 1. Topic. c. 9. ait hanc questionem esse problematicam. Et vide hanc quæst. apud Iand. quæst. 1. 8. Phys.



E C V N D O quæritur: vtrum possit demonstrari mundum incēpisse, & non potuisse esse ēternum. Et quoniam quidam Magistri ponunt hoc posse demonstrari; adducemus rationes illas, quas dicunt

Dei essen  
tia, & voli  
tas quo id

## Quæstio IIII.

dicunt esse demonstrationes, ut accipiatur demonstratio largè: pro ratione necessaria, & insolubili. In hac ergo materia aliquæ rationes insolubiles, i. quæ dicuntur insolubiles: sumptæ sunt ex parte mēsuræ; aliquæ sumptæ ex parte infinitatis; aliquæ autem sumptæ ex parte factioñis. Nam si mundus fuisset factus ab æterno, aliqua mēsura mensuraretur eius factio; & fuisset infinitum tempus pertransitum: ergo & ex parte mēsura, & ex parte infinitatis, & ex parte factioñis, potest argui ad hanc materiam. Ex parte autem mensuræ sunt rationes tres.

### Rationes ex parte mēsura pro incęptione mundi in tempore.

Prima talis: Si mundus fuisset factus ab æterno: aliqua mēsura mensuraretur eius factio, quia, vt dicitur in Sapientia, Omnia in mēsura, numero, & pondere dispositi, sed mentura creationis mundi non potest dici æteritas Dei. quia nō est proportionata tali creationi: nec tempus, quia mundus fuit factus in indiuisibili, nō enim creatio potest fieri successiuē, nec etiam mensura creationis potuit esse quācum: quia creatio non est quid æuiternum; relinquitur ergo per locū à partibus sufficienter enumeratis, quod mensura illius creationis fuerit instans aliquod: ergo ante illud instans nihil fuit de creatura. Est ergo dare primum instans, in quo creatus est mundus, nō ergo potuit esse ab æterno.

Secunda talis: Quia si materia fuisset ab æterno: Deus non potuisset de illa facere mundum ab æterno, vt probabitur, sed non est dicendum, quod Deus prius potuisset facere mundum ex nihilo, quām ex materia, si fuisset æterna: ergo &c. Probatio assumptæ: nā si de materia æterna Deus fecisset mundum, vel fecisset hoc per motum, vel per mutationem: Nō per motum: quia tunc non fecisset mundum, quām citius potuisset, & ita non fecisset ab æterno. fecisset ergo per mutationem, quod est facere velocissimū, sed mutatio omnis mensuratur instati: ergo factio mundi esset facta in instanti, ante ergo illud instans non fuisset mundus: esset itaq; dare primum instas, in quo factus esset mundus. non ergo potuit esse ab æterno.

Tertia talis: Sicut generatio est processus ab esse in potentia in ens actu, & corruptio ab ente in actu in ens in potentia: sic creatio est processus à nō ente simpliciter in ens actu, & adnihilatio est processus ab ente in non ens simpliciter. Sed sic est, quod si aliquid adnihilaretur: esset dare instans, in quo esset adnihilatum, & nō esset ibi infinitas ex parte post: ergo si quid creatur: est dare instans, in quo creatur, & quod est mensura suæ creationis, & non est ibi infinitas à parte ante, nō ergo ab æterno fuit facta creatio.

### Rationes ex parte infinitatis.

Adductis rationibus ex parte mēsura, volumus adducere rationes ex parte infinitatis, quæ sunt nouem.

Sap. II.

Generatio, corruptio, creatio, & adnihilatio eis differunt.

## Artic. II. 55

A Prima talis: Si mundus fuisset ab æterno: queretur hoc inconueniens, quod in infinito fieret additio, & per consequens, quod infinitum esset maius infinito, nam cum infinitæ reuoluciones præcesserint, & semper fiant reuoluciones aliæ: adduntur reuoluciones reuolutionibus infinitis, & est vnum infinitum maius alio, quod est contra rationem infiniti, quod sibi fiat additio, & quod vñ sit maius alio. Si vero dicatur, q̄ tempus fuit infinitum à parte ante, vel secundum id, quod est acceptum: non autem à parte post, & secundum id, quod est accipiendū: ideo potest ei fieri additio, & maioritas. Hæc euasio nulla est: probatur enim, quod secundum id, qđ est acceptum: infinitum est maius infinito, nam si tempus fuit ab æterno præcesserunt infinitæ reuoluciones Solis, & infinitæ reuoluciones Lunæ. Sed plures sunt reuoluciones Lunæ, qđ Solis. quia Sol complet suum cursum in anno: Luna vero in mense, & minus, quām in mēse: ergo infinitas reuolucionum Lunæ est multo maior, qđ reuolucionum Solis: nam pro vna reuolutione solis sunt saltē 12, Lunæ. Sic ergo in tempore accepto, erit vnum infinitum maius alio, quod est inconueniens.

B Secunda talis: Infinita impossibile est cädere sub ordine, quia ordo fluit à principio in mediū: vbi ergo non est principium, nec medium, & per consequens nec ordo. Si ergo fuerunt reuoluciones infinitæ, non fuerunt ordinatae. nō ergo vna fuit ante aliam. Quod si dicatur: ordinem esse solum in his, quæ sunt per se, & quæ habent ordinem causalitatis: quæretur, quare non in alijs: C dicitur etiam, quod ista euasio nulla est: nam ex ipsis reuolutionibus Solis causantur animalia, & vnum animal est per se causa alterius animalis. ergo vna reuolntio est per se causa alterius, & nō poterit in talibus esse processus in infinitum.

D Tertia talis: Impossibile est infinita pertransire: si mundus ergo non incēpit, quia non est infinita pertransire, & quia fuissent infinitæ reuoluciones, non potuissent peruenisse vsque ad hanc diem. Quod si dicatur, quod non est dare reuolntionem primam; & in his, vbi non est dare primum, in infinito tempore possunt esse infinita pertransita; quæremus, vtrum reuolntionem hodiernam præcesserint infinitæ reuolntiones, quod si non: non fuit mundus ab æterno. qđ si sic: quæremus de reuolntione immediatè p̄cedente, & de secunda, & tertia, & quarta præcedente, quas omnes oportet ponere, præcessisse infinitas reuolntiones: non ergo plures reuolntiones præcesserunt reuolntionem hodiernam, quām hesternt, & quām tertio, & quatto hesternt, cum infinitum non sit maius infinito, quod est negare sensum: cum semper plures reuolntiones fiant.

E Quarta talis: A finita virtute nō possunt comprehendendi infinita, sed si mundus fuisset ab æterno: angelus, qui nullius obliuiscitur: comprehendet infinitas reuolntiones. Quod si dicatur nō esse inconueniens comprehendere infinita eiusdem

infinito: rā ordo cur non sit.

dem speciei; Dicemus, quod si mundus esset aeternus: angelus non solum comprahenderet infinita consimilia eiusdem speciei, vt infinitas revolutiones; sed infinita dissimilia, & diuersarum specierum, vt infinitos effectus hic inferius gnatatos per revolutiones illas: qui sunt diuersi, & varij.

Quinta talis: Impossibile est infinita simul esse actu, sed quot fuerunt homines, tot fuerunt animæ rationales. & Si ergo mundus potuit esse ab eterno, & potuerunt esse infiniti homines: possent esse infinitæ animæ rationales actu, qd est impossibile. & Quod si dicatur, quod est circulation in infusione animatum: error est in Philosophia: non solum in Theologia, quia & actus actiuorum sunt in paciente, & disposito, non enim quilibet-anima potest esse perfectio cuiuslibet corporis. Sed hoc est perfectio huius, & non alterius: nec pot dici, quod sit unus intellectus numero i oibus, quia hic esset maior error.

Sexta talis: Omne praeteritum fuit futurum: si ergo possunt esse infinitæ revolutiones praeteritæ: poterunt esse infinitæ revolutiones futuræ. Est ergo date instans, in quo fuit verum dicere: infinitæ revolutiones sunt futuræ: & est dare nūc instans, in quo est verū dicere, quod infinitæ revolutiones sunt praeteritæ. Inter duo ergo instants signata: erunt infinitæ revolutiones, quod est inconueniens. Quod si dicatur quilibet dies signata; prius fuit futura, & postea praeterita, vt hodierna dies, & hesterna, & alia hesterna, & sic de singulis: primo fuit futura, & postea praeterita, non tamen propter hoc habebitur, totam infinitatem temporis simul fuisse futuram, quia sic procedendo: nunquam deueniemus ad primam diem; Cōtra: Quilibet dies prius fuit futura, & postea praeterita: cum quilibet dies idem sit, qd omnes dies: omnes ergo dies prius fuerūt futuri, & postea praeteriti, videmus enim, quod si motus cœli duraret in infinitum, possemus dicere vere infiniti dies sunt futuri: sed id, quod est futurum, aliquando erit praeteritum: possemus ergo vere dicere: Infiniti dies erunt praeteriti, ergo à simili, vel forte multo magis: si infiniti Dies sunt praeteriti, aliquando erunt infiniti Dies futuri, & tunc idem, quod prius.

Septima talis: Si potuit creatura esse ab eterno: ducetur ad hoc inconueniens, quod ab Asino, ante quem non fuit aliis Asinus usque ad hunc Asinum: fuerunt infiniti, quod est inconueniens, quod inter aliquos duos signatos terminos fuerint actu infinita, probatio assumpta, nā si potuit creaturam Deus facere ab eterno: potuit facere Asinū, & Asinam, vel Equū, & Equā ab eterno: sed illi generassent, quod negare non possumus. quia, & qui aeternitatem mundi ponunt, generationem animalium nō negant: & videtur inconueniens dicere, quod æquus qui nūc generatur ab equo, posit generare, & qd equus, quem fecisset Deus ab eterno: generare nō posset. geniissēt ergo illi equus, & equa ab eterno, quod esse non posset: nisi infiniti equi fuissent usque ad hunc equum. Infiniti ergo equi fuissent

\* Animæ actu infinitæ, si mundus ab eterno, & quia sunt immortales.

\* Animarum circulū curdat nō posse.

\* 2. De Ani. matis. 24.

A inter duos signatos equos, quod est inconueniens.

Ottaua talis: Constat, quod Deus creavit, & fecit omnia ista, quæ videmus. vel ergo fecit in particulari, vel in vniuersali: non fecit ea in vniuersali, quia hoc est impossibile, nam actio semper terminatur ad aliquod singulare. Est ergo datum primum equum, & primum hominem à Deo factos: cum enim mundus fuerit factus ab eterno, non potuit fieri ab aliqua creatura: si ergo sic fuit factus ab eterno, sicut modo est; consequēs est, qd à Deo fuerit factus, sicut modo est. A Deo ergo fuit factus homo, & capra, & ista animalia, quæ videmus, & illa fuerunt prima. Inter ergo primam capram signatam, & hanc capram: fuerunt infinitæ capræ, quod est inconueniens. Nulla autem est ratio aliquorum, quod Deus potuerit facere creaturam ab eterno, vt hominem in vniuersali, quia nulla actio terminatur ad aliquod vniuersale: ergo oportet date signatum hominem, & signatum equum, quem Deus ab eterno fecit, & tunc idem, quod prius.

Nona talis: Si Deus potuit facere mundum ab eterno: potuerunt præcessisse, immo & præcesserūt infinitæ revolutiones, vel infiniti Dies. Sed quolibet die potuisset Deus facere unum lapidem, & lapidem factum conseruare, possunt esse ergo actu infiniti lapides, & per consequens infinitum corpus in actu, quia infiniti lapides facerent infinitum aceruum, qd est inconueniens.

#### Rationes ex parte factiōnis.

C Adductis rationibus ad hanc materiam sumptis ex parte mensure, & ex parte infinitatis: Restat adducere rationes sumptas ex parte factiōnis, quæ erunt sex.

Prima talis: Si creatio fuisset ab eterno: non differret in creatura fieri à facto esse. Nā si fuisset ab eterno: nunquam fuisset signare fieri creatura, quia nunquam inchoasset, semp̄ ergo creatura fuisset in facto esse, & nunquam in fieri: qd videtur valde inconueniens dicere, quod aliquid sit effectus Dei, & non fiat à Deo, sed solum factum sit ab ipso.

Secunda talis: Si creatura fuisset ab eterno, vt dictum est, non differret in ea fieri, & factum esse: quia non esset dare, quod fieret, sed solum quando esset facta, sed si in creatura non differret fieri, & factum esse (quod, vt videt, cogemur ponere, si mundus fuisset ab eterno) cum esse creaturæ semper sit in facto esse; semper esset in fieri, quod nullus diceret.

Tertia talis: Si creatura fuisset ab eterno: nō potuisset Deus facere, quod non esset creatura: nam si potuisset creatura esse ab eterno, potuisset non esse futura, sed nihil potest impediti, nisi cum sit futurum: nam praeteritum non potest non esse praeteritum: si ergo potuisset creatura ab eterno esse à Deo, potuisset procedere ab ipso ex necessitate: qua non posset non esse: nō autem ex libertate voluntatis: qua potest esse, & nō esse, quod est inconueniens. nihil n. procedit à Deo in aliena substantia: nisi ex mera libertate eius,

# Quæstio III.

*Artif. lib. 1.  
Petrifer. ca.  
vlt. sub finē.*

cius, qua potest facere, & non facere. Impossibile est enim creaturam sic processisse à Deo, quod non potuisse eam non fecisse. Muniunt quidam hanc rationem sic, quia si Deus potuisse facere creaturam ab æterno, vel si fecisset: sequeretur hoc inconveniens (quod est non solum falsum, sed impossibile) qd Deus non potuisse eam nō fecisse, quia si potuit, vel potuit ante, quam faceret, vel quando fecit: vel post, quam fecit: non antequam faceret, quia ante æternum nihil est: nec quando fecit. Quia omne, quod est, quando est; necesse est esse: nec post, quam fecerat, quia præteritum impossibile est non esse præteritum.

Quarta talis: Si creatura fuisset sic facta ab æterno: haberet necessitatem essendi: non ergo videretur differentia inter productionem filij, & creaturæ, nisi quia productio filij est in diuina substantia: creaturæ vero in aliena substantia: sed hoc est falsum, quia productio filij est à patre naturaliter in eadem natura: productio autem creaturæ, nec est naturaliter, nec eadē natura: immo est voluntariè in aliena substantia. videntur ergo volentes, quod Deus potuerit mundum facere ab æterno, qd aliquid creatum potuerit à Deo procedere naturaliter: sicut umbra à corpore: vel sicut imago à facie, ac si creaturæ procederent à Deo quasi quædam umbra, & imago Dei: sed hoc est falsum, & impossibile, qd aliquid creatum procedat à Deo naturaliter, sed solum ex libera voluntate.

Quinta talis: Si creaturæ potuissent procedere ab æterno: semper essent in creato esse, & semper essent in acquisito esse: non ergo differret creatio à conseruatione. nam creatio est, qua cuicunque rei acquiritur esse: conseruatio, qua continuat esse in posterum, creatio ergo præterit, quia non semper res creaturæ: conseruatio autem continuatur, & durat: non est ergo idem creatio, & conseruatio: valde ergo, vt videtur, insipienter dicunt aliqui, qd eadē actions Deus res creat, & conseruat. Si ergo hoc est insipienter dictum; & hoc oportet ponere dicentes mundum potuisse creari ab æterno: insipientes est, vt videtur, talis positio.

Sexta talis: Nam mundum creari ab æterno, vel creaturam aliquam fieri ab æterno: implicat contradictionem (nam materiam nō posset Deus de uno esse reducere ad aliud esse: sine innovazione) semper ergo esse datū erit nouum. sed dicere nouum aliquod esse æternū, est implicare contradictionem: ergo, &c.

## Auctoritates Sanctorum.

*Tom. 6.*

Adducuntur autem ad hoc idem auctoritates Sanctorum, nam Ambro, in principio Hexameron, ait: Quid tam inconveniens, vt æternitas operis cum Dei omnipotentis coniungatur æternitate. Non ergo potest esse creatura coqua Creatori. Et August., in lib. contra Felicianum diffiniens creaturam dicit: Creatura est, ex eo, quod adhuc non est, & aliquando non fuit; rei cuiuslibet corruptibilis, quantum in se est: omnipotenter Dei voluntate facta substantia. Et Dam. lib. I.

# Artic. II. 57

A c. 8. dicit, quod creatio Dei voluntatis opus existens non coetera est cum Deo, quia non aptum natum est, quod ex non ente ad esse deducitur: coeterum esse Deo, qd sine principio est, & semper.

In CONTRARIUM est, quia Dam. lib. I. eodem capitulo dicit: quod non similiter facit homo, & Deus, homo, n. nihil quidem ex nō ente ad ens dicit, sed facit ex subiecta materia: non valens solus, Deus autem solus valens ex nō ente ad esse deduxit uniuersa. Deo ergo suum velle est suum facere: non ergo oportet, qd Deus operetur manibus: vel, quod disponeret materiam: sed statim cū vult ad suum velle effectus producitur, sed nullus dicit, quod non potuerit ab æterno velle producere: potuit ergo, & producere, & per consequens effectus potuit produci.

## R E S O L V T I O.

Mundus & si re vera in tempore esse cepit, & ab æterno esse nō potuit; ipsum tamen potuit facere ab æterno Deus. quia ab æterno Deus potentiam habuit: nec eam à tempore accepit. Rationes verò factæ, quod mundus inciperit, & esse ab æterno non potuerit, sunt solubiles, & non demonstrativa. Sic conclusio legi debet, cuius in altera parte, inter imprimendum, in nonnullis codicibus nūc excusis negatio è typis ob incuria (vt nō raro contingit) fuit extrafacta: in aliquot reposita.

R E S P O N D E O dicendum, quod certum est, mundum incipisse: sed utrum potuerit esse ab æterno: posset esse triplex modus dicendi. Primo quidem, quod aliquis diceret mundum ab æterno esse nō potuisse. Secundo si quis diceret,

C quod non potest demonstrari mundum non potuisse ab æterno fieri. Hic autem secundus minus diceret, quam primus: quia multa sunt vera, ad quæ demonstrationes habere non possumus. Tertio quidem si aliquis diceret, quod rationes adductæ, vel per alios factæ nō sunt demonstrationes, & hic tertius modus minus diceret, quam secundus: quia multa sunt determinabilia, ad quæ non habemus demonstrationes, & multa sunt scibiliæ, quæ nondum scimus. Si ergo à nobis queratur, quid sentimus de æternitate mundi: non dicimus, quod mundus potuerit esse ab æterno: nec dicimus, quod non possit hoc demonstrari; sed dicimus, quod rationes, quas usque nunc, vel audiimus, vel in scripturis inuenimus ab alijs factas, quod impossibile fuerit mundum fuisse æternū; non sunt demonstrationes, vel saltē videntur nobis solubiles, & non esse demonstrationes: & illa auctoritatē Dam. ad hoc adducta: non sic approbamus, vt dicamus, ex necessitate conclude re, quod mundus non potuerit ab æterno esse.

Hoc ergo ordine procedemus in hac. q. quia primo præmittemus quædam præambula ad propositum. Secundo, quia rationes factæ circa hanc materiam, quas aliqui reputant insolubiles, & scabiles: videntur nobis solubiles, & defectivæ: ostendimus, quomodo videntur nobis, quod deficiat: & quomodo possunt solvi. Præmittemus autem quatuor præambula, vel declarabimus quatuor

Aegid. super ij. Sent. H ad

*Henr. quæl.  
z. quæll. 7.  
D Th. p. q.  
46. ar. 2.*

ad declarationem propositi. Primo quidem ostendimus : qua mensura mensuratur creatio, quia ex hoc magnum fulcimentum plures rationes recipiunt ex rationibus factis. Secundo declarabimus : quomodo debeamus imaginari aeternitatem mundi, prout eam posuerunt Philosophi. nam ex defectu imaginatioꝝ virtutis; qua multum confunditur in imaginando infinitum : plures ex rationibus factis videntur demonstrationes, quae secundum iudicium nostrum deficiunt, & non demonstrant. Tertio, quia circa ipsum infinitum sunt multæ considerationes per accidens, & multæ deceptions: ostendimus aliquas de illis, vt nobis cauere possimus. Quarto, quia magna difficultas sit in proposito de creatione, & conseruatione rerum: declarabimus quomodo creatio, & conseruatio sint idem: & quomodo differant.

Propter primum sciendum, quod creatio rerum, vt plures rationes supponebant, vel probabilitate declarabant; absolute loquendo, non mensuratur instanti temporis. Ideo ostendimus, quod nullius creature, cuius potest esse per se creatio: per se mensuratur huiusmodi creatio instanti temporis. Declarabimus etiam, quod totius uniuersi creatio non potest mensurari instanti temporis. Ostendimus nihilominus, quod secundum, quod spectat ad propositum: nec per se, nec per accidens creatio rerum potest mensurari instanti temporis; sed mensuratur quo, vel nunc qui, & potissimum loquendo de creatione rerum per se existentium. Prater haec autem ne videamus fugere, declarabimus secundum, quod ad propositum spectat: qualiter instantis temporis se habeat ad creationem: vt ex hoc soluamus difficultates illas, quod si mundus fuisset ab eterno; non propter hoc porteret inter duo instantia signata, fuisse infinita in actu, nam haec est creatio ex simpliciter non ente esse datio. Ostendimus enim supra, quod creatio creature realiter non differt ab eius esse. Si ergo esse, vel substantia cuiuslibet creature: non mensuratur instanti temporis: consequens est, quod nec creatio cuiuslibet creature mensureretur instanti temporis. Secundum enim aliorum Greorum opinionem Angeli fuerunt creati ante mundum, quod si sic, non fuit, tamē potuit esse. Deus ergo creando Angelos, creavit simul in eis eorum mensuram: ita, quod illa mensura mensurat esse Angelicum a sui productione usque in finem. Huiusmodi autem mensura non est tempus, nec nunc temporis, quia esse Angeli sub tempore non cadit, volentes ergo concludere ex mensura durationis, quod inter duo signata instantia: vt inter instantias creationis, quod oportet esse aliquod signatum, & nunc instantis ultimum: essent infinita media. Si mundus fuisset ab eterno (quod est inconveniens) si hoc referatur ad eum, vel instantis qui, nullum est inconveniens, nam cum in quo non sit successio, vt patebit infra, & vt patuit in nostris questionibus de tuo, si mundus fuisset ab eterno, & Angelus fuisset ab eterno: non fuisset nisi unum instantis qui in tota huiusmodi duratione, non solum ergo inter duo instantia, sed in

**Angeli fuerunt creati ante mundum secundum Doctores Graecos.**

**Angelorum mensura.**

**Quæst. de zuo sit de mensura Angelorum.**

A uno, & eodem instanti qui: vel unum. & idem instantis qui: si mundus fuisset ab eterno, ait ille in finitum in actu, bene ergo dictum est, quod non cuiuslibet creature creatio mensuratur instanti temporis: immo nullius creature creatio (de quod de creatura per se existente) directe mensuratur tempore, vel nunc temporis, quod patet, & ex parte creantis, & ex parte creature. Nam illud directe mensuratur, & cedit sub tempore, quod producitur in esse per viam transmutationis, & motus, qui per se mensuratur tempore, est enim tempus per se mensura motus, quod de creatione dicerre non possumus, eo, quod non est creatio acceptio esse per viam transmutationis, & motus, sed per simplicem processum a primo. Ex parte etiam creature hoc patet, quia esse directe, & per se non mensuratur tempore, sed indirecte, vt sit non esse entis; sed sit esse motui, & transmutationi subiectum. Sed vt magis ad propositum incedamus, & vt referam hoc ad totum uniuersum, quia de ipso mundo est quæstio: utrum possit demonstrari non potuisse ab eterno fieri. & vt accipiamus haec, prout ad propositum spectant; dicimus, quod creatio totius uniuersi impossibile est, quod mensuratur tempore, vel nunc temporis, nam totum uniuersum secundum naturam cursum est ingenerabile, & incorruptibile. partes enim aliquæ uniuersi cadunt sub generatione, & corruptione: ipsum autem totum uniuersum est perpetuum, & sub generatione, & corruptione non cadit. propter creationem ergo uniuersi non dabimus inter duo instantia temporis infinita in actu: immo prout recte ad propositum spectat, nec directe, nec indirecte, nec per se, nec per accidens aliquius creatio (loquendo de creatione rerum per se existentium) mensuratur tempore, vel instanti temporis, nam nos loquimur ex suppositione: putandi mundus fuisset effectus ab eterno: secundum, quod Philosophi posuerunt: quo posito, nihil fuisset productum per creationem, quod haberet esse generabile, & corruptibile, vt in prosequendo patet, per creationem enim fuissent producta solu perpetua, & eterna: quo posito creatio rerum per se existentium, nec quantum ad esse, nec quantum ad substantiam, vt perficitur per esse; mensuratur tempore, vel nunc temporis, sed quo, vel nunc qui. Si ergo Deus nunc crearet aliquod animal: licet creatio illius animalis directe non supponeretur tempori, quia animal illud non esset productum per transmutationem, & motum: indirecte tamen ratione materiae, ad quam applicatur talis creatio, vt ratione animalis, quod est quod gñabile, & corruptibile: posset hoc pertinere ad tempus, vel nunc temporis, sed si mundus fuisset eternus per creationem, non processissent ab eterno nisi perpetua, & eterna: ideo creatio, hac hypothesis stante, non pertineret ad tempus, nec ad nunc temporis: sed ad eum, vel ad nunc qui, quo posito, non quod concluderetur, quod inter duo instantia signata temporis: propter creationis mensuram, oportet ponere infinita in actu; dato, quod mundus ab eterno fuisset. Sed si sic dicimus, videmur su-

B gere,

**Quod per se mensuratur tempore.**

**Creatio totius uniuersi mensuratur tempore.**

**D**

## Quæstio IIII.

Creatio, an  
potuerit sic  
fi in tge.

T.c.104.

Instans eter-  
nitatis.

gere, & difficultatem propositam non evacuamus. Verum est enim, ut patet in secunda declaratione, quod si mundus fuisset æternus, ab æterno non fuissent creata generabilia, & corruptibilia: sed quodlibet generabile potuisse produci per generationem: nihilominus tamē fuisset tempus, & instans temporis: quod fuisset facta creatio, nam & ipsum tunc posuerunt Philosophi ab æterno: quæretur ergo de creatione dato, quod non mensuretur initanti temporis, nec tempore, vitrum vel assisterat illi creationi tempus, vel nunc temporis, nisi autem dici potest, q̄ creatio fuerit facta in tempore, vel, quod astiterit creationi tempus, quia tunc non esset facta subito, & in indiuisibili, qd est impossibile, astiterit ergo illi creationi instans temporis: ante ergo illud instans nihil fuit de rebus eratis. Si ergo mundus fuit æternus; inter illud instans, qd attinet creationi, & istud instans, quod nunc est: fuissent infinita in actu, quod est impossibile, quia tunc infinita fuissent finita, quia fuissent inter duo instantia, quæ se haberent quasi duo fines, & duo termini. Dicemus ergo, q̄ si mundus fuisset ab æterno: creatio rerum fuisset facta in instanti temporis: non tanquam in propria mensura creationis, sed in eo, quod creationi assisteret. fuisset enim instans temporis coœcum creationi rerū, modo ergo, quo dictum est, fuisset creatio rerum ab æterno in instanti temporis: non in instanti temporis aliquando manente, vel aliquando non currere, sed semper fluente, si enim mundus fuisset ab æterno: nunc semper stans fecisset æternitatem, & nunc fluens, & nunquam non fluens fecisset tempus. sic enim dicemus de instanti, sicut dicimus de mobili, vt docet nos imaginati Philosophus in 4. Physicorum. Est enim vnum mobile, & idem secundum rē in toto motu, non autem idem secundum rationem. Si ergo sit motus habens principium, & finem: licet huiusmodi motus fiat ab uno mobili: motus tñ clauditur inter duo mobilia secundum rationem: videlicet inter mobile, vt incipit moueri: &, vt cessat à motu, quod est aliud, & aliud secundum rationem. Sed si mobile semper fuisset motum, & nunquam incipisset moueri: nunquam possemus tōrum motum claudere inter duos terminos, quia faceret illum motum vnum mobile secundum rem: non tamen, vt esset aliud, & aliud secundum rationem: eo, quod nunquam esset signare mobile, prout includit totum motum cū positum sit talē motum non incipisse. Sic, & in proposito si ab æterno fuisset tempus; instans fluens faceret tempus, & vnum esset instans secundum rem, cuius fluxus esset tempus, vel, quod fluens faceret tempus: tamen secundum aliam, & aliam partem ipsius fluxus: esset aliud, & aliud instans secundum rationem, si ergo tempus incipit: est signare instans, quod non praecessit tempus: sicut si motus incipisset: esset signare mobile, quod nihil peregitset de motu, sed si tempus non incipit: non est signare instans, quod non influxetur: &, quod non fecerit aliquid de

## Artic II. 59

A tempore: & quod non praecesserit aliqua pars temporis: sicut si motus non incipisset: non esset signare mobile, quod non fecisset aliquid de motu: &, quod non ante fecisset aliquam partem motus. Si ergo mundus fuisset ab æterno, creatio fuisset in instanti, & in indiuisibili, sed illud instans, & illud indiuisibile nunquam incipisset fluere, sed semper fluxisset. incipisset ergo creatio in instanti non incipiente fluere, sed semper fluente, incipere ergo in tali instanti: esset non incipere esse, sed ab æterno esse. nunquam ergo esset signare tale instans, quod non praecessisset aliqua pars temporis: &, quod non fecisset aliquam partem sui fluxus, nunquam ergo inter duo signata instantia erunt infinita in actu, nec tamen diceremus, quod Deus fecerit mundum in vniuersali; vel, quod fecerit instans temporis in vniuersali: sed sicut suum instans stas, qd facit æternitatem, semper stetit, & nunquam fuit signare, quod non stetit: sic sequendo opinionem Philosophorum: ab illo instanti fluxit instans temporis, quod semper fluxerit, & nunquam fuit signare, quin fuerit. tali ergo instanti sic semper fluenti fuit coœua creatio rerum: sive mensuratur ab illo instanti, sive non. Si ergo ab æterno fuerunt infiniti equi in actu: non erit signare instans, in quo incipit equorum generatio. Nec p creationem rerum oportet dare instans signatum, quia creatio rerum non est coœua instanti, modo signato se habenti, sed semper fluenti. Secundo iuxta prætaxatum ordinē, declarandum est, quomodo debeamus imaginari æternitatē mundi: secundum, quod cam posuerunt Philosophi, & potissimum Peripatetici. Sciendum ergo, quod secundum Philosophiam, & secundum rectam rationem, omnia sunt effectus Dei, quia primum in quolibet genere est causa omnium aliorum, quæ sunt post, nam non solum motus cœli, sed ipsa substantia cœli est effectus Dei, vt dicit Commentator in de substantia orbis, hoc ergo modo imaginabimur, quod dicitur, quia illa, q̄ sunt ingenerabilia, & incorruptibilia sunt illa, q̄ sunt ab æterno producta, & per creationem, & non per transmutationem, & motū exierūt in esse, vt istud Cœlum, ista Luna, iste Sol, sunt ea, quæ sunt ab æterno producta: non per generationem, nec per transmutationem, & motū facta. Prætermisso ergo homine, quia de hoc erit specialis locutio: alia autem generabilia, & corruptibilia secundum hanc hypothesim non fuerunt per creationem producta, nisi ratio

D ne materia: sed semper fuit equus ab equo, & Asinus ab Asino, & sic in infinitum: nec tamen dicimus, quod Deus fecerit res in vniuersali, sed in particulari. dicimus enim, q̄ sic se habent infinita generabilia, & corruptibilia in actu, sicut se habent infinita mutata esse in aliquo particuliari motu, omnia enim mutata esse, quæ sunt in motu, facit mobile; nec facit ea in vniuersali, sed facit quodlibet in se: tamen, quia quodlibet facit mediante moueri: ita, quod non est aliquid mutantum esse, quin sit terminus ipsius moueri,

Mūdi eter  
nitatis imp  
ginatio.

Arist.z. Me  
ta. t.c.4.

Generabi-  
lia, & corru-  
ptibilia, an  
creata, stan-  
te mūdi æ-  
ternitate.

## 60 Distinctio I.

non est in aliquo motu dare primum mutatum esse, sed ante quodlibet mutatum esse præcessit mutatum esse in infinitum. Sic omnium generabilium est causa Deus; sed est causa mediante transmutatione, & motu, & per agentia natura-  
lia, secundum hunc naturæ cursum, quem vide-  
mus: secundum quæ agentia naturalia equus fit à sole, & equo. Si ergo non est equus, qui non sit factus per transmutationem, & motum; non est equus, quem non præcesserit Sol, & equus, huc ergo equum præcessit Sol, & equus: & illum equum Sol, & equus in infinitum.

Dicemus ergo, quod si Deus ficeret nunc ali-  
quem equum per creationem, ille equus non se  
haberet sicut mutatum esse, quia non esset ter-  
minus alicuius transmutationis, vel motus: sed  
quilibet equus ponendo æternitatem mundi se  
habebit sicut mutatum esse. Dicemus ergo, quod  
in motu finito sunt infinita mutata esse in poten-  
tia: sed in motu infinito, vel tèpote infinito sunt  
infinita mutata esse in actu. Illud ergo dicemus  
de mutatis esse in actu, vel de ipsis generabilibus,  
quæ se habent quasi mutata esse in actu: sicut di-  
cimus de mutatis esse in potentia in tempore fi-  
nito, vel in motu finito, licet enim omnia illa se-  
cundum esse, quod habent (quia nō habent esse in actu, sed in potentia) omnia facit mobile:  
nec tamen est ibi dare primum mutatum esse.  
quia quodlibet illorū præcessit moueri. sic om-  
nium generabilium est causa Deus, & est causa  
generabilium in particulari, & secundum esse,  
quod habent: tamen non est ibi dare primum ge-  
nerabile, quia quodlibet tale generabile ponitur  
esse factum per generationem, & per transmu-  
tationem, & motum. Quod si obijciatur, quod  
oportet dare primum equum, quia equus, vel  
fuit ab æterno, vel non fuit ab æterno, quod si  
non fuit ab æterno, potest dari equus primus: si-  
cut, & nunc secundum veritatem datur, si autem  
fuit ab æterno, adhuc dabitur equus primus: vt  
ille, qui fuit ab æterno, ante quem non fuit alius  
equus; Dicemus, quod fuit ab æterno sicut mu-  
tatum esse fuit ab æterno: mutatum, n; esse non  
fuit ab æterno, quod mutatum esse non præces-  
serit moueri: cum sit terminus eius. sed si mun-  
dus fuit æternus, mutatum esse fuit ab æterno.  
quia non est signare instans, quod non præcesserit  
mutatum esse, aliter ergo cœlū fuit ab æterno, & aliter mutatum esse fuit ab æterno. cœlū. n.  
fuit ab æterno secundum hunc modum loqué-  
di, quia hoc cœlum fuit ab æterno, sed mutatum  
esse fuit ab æterno: nō, quod sit signare aliquod  
mutatum esse; quod fuerit ab æterno. quia cum  
ante quodlibet mutatum esse præcedat moueri;  
si esset signare mutatum esse, quod esset æternū:  
(quia æternū nihil præcedit) illud mutatum es-  
se nullū moueri præcessisset: nec esset terminus  
alicuius; quod est inconveniens, mutatum ergo  
esse hoc modo est æternum, & hoc modo non  
incepit, quia non est signare instans, quod non  
præcesserit aliquod mutatum esse. In motu er-  
go aliquo particulari, quod incipit, & definiti-  
li-

## Pars I.

A cer non sit dare primum mutatum esse: non ta-  
men ibi narrata esse sunt ab æterno: quia est da-  
re instans, vt illud, in quo incipit motus ante,  
quam aliquid esset de motu, ante quod instans  
non fuit aliquod tale mutatum esse. Sed si mun-  
dus fuisset æternus: mutata esse, & revolutiones  
cœli non fierent in vniuersali: tamen quia non  
fierent mutata esse, nisi mediæ moueri; hoc mo-  
do mutata esse essent æterna, & revolutiones hoc  
modo essent æterna, & non incepissent, quia nō  
esset dare instans: ante quod non præcessisset re-  
volutione, & mutatum esse: nulla tamen revolu-  
tio posset signari, quæ esset æterna, quia cum re-  
volutione semper sit prius in fieri, quam in fa-  
cto esse (qæ est terminus motus) oportet, quod  
quilibet talis revolutione prius non sit, quam sit.  
nulla ergo signata potest esse æterna, revolutiones itaque cœli ita fiunt in particulati, sicut fa-  
cti fuerunt in particulati ipsi cœli: sed, q signare  
sit hoc cœlum esse æternum, & non hanc revo-  
lutionem: hoc est, quia factionem cœli non præ-  
cessit motus. revolutione tamen non completur  
nisi per motum. sic, & in proposito nullum ge-  
nerabile est signare, quod sit æternū. quia si ali-  
quod generabile fuisset ab æterno creatū: illud  
generabile durasset per infinitum tempus. Nam  
æternū præcedit æternitate omne, quod est  
post æternitatē. Si ergo aliquod generabile fuisset  
ab æterno creatum: cōstat q̄ si fuisset corruptum,  
fuisset corruptum per corruptionem: il-  
lad ergo generabile præcederet suam corruptionem  
æternitate, vt accipiatur æternitas large, p  
omni eo, quod non incepit esse. sed nihil potest  
C præcedere aliud æternitate, nisi præcesserit illud  
per infinitum tempus: non posset etiā aliquod  
generabile ab æterno creari, nisi præcederet suam  
corruptionem æternitate, & per infinitum tem-  
pus, & per consequens oportuisse tale genera-  
bile durasse per infinitum tempus, quod secun-  
dum naturę cursum est contra rationem genera-  
bilis, non est ergo signare aliquod generabile,  
quod fuerit ab æterno: nec etiam, quod fiant ge-  
nerabilia in vniuersali: sicut nec revolutiones  
in vniuersali fiunt. Sed q̄ia generabilia fiunt p  
generationem, & motu: nō est dare gñabile, qđ  
non præcesserit motus: & per consequens nō est  
dare generabile primum: sicut quia revolutione  
completur per motum: non est dare revolutione  
nō, quā non præcesserit motus: & sequendo mo-  
dū Philosophi, nō est dare revolutione primam.  
D Sed intellectus hominis nō quietit. Dicet, n.  
aliquis, quod oportet materiam esse per crea-  
tionem, quia nullum agens est citra primum, quod  
possit producere materiam. materia ergo fuit  
creata à Deo: non sive forma: nec sub forma: In  
vniuersali ergo sub aliqua forma signata illud  
fuit primum generabile: sub cuius forma mate-  
ria fuit primo creata. Sed mirabile est, q̄ homi-  
nes nesciant imaginationem transcendere: sem-  
per loquuntur de infinitio quasi de finito, & de  
terminato, quasi de habēte terminum: ideo sem-  
per tationes tales per accidens fallunt. Dicamus  
ergo

### Quæst. IIII.

Artic. II. 61

Materia quia à Deo  
stātus est, &  
stātus mūdi-  
cītate. formia vniuersali, quia factio ad vniuersale non  
terminatur: nec tamē est dare primam formam,  
sūb qua sūt facta, si sūt ab æterno creata; Dice-  
mus, n. quid sicut cœlum subiecitur suis reuolu-  
tionibus, ita quid non potest simul pluribus re-  
volutionibus revoluti; sic materia generabilium  
subiecitur suis formis: ita, quid non potest esse  
simil sūb diuersis formis. Ponamus ergo, quid  
Deus cœlum ab æterno fecisset, & ab æterno ip-  
sum mouisset: constat, quid fecisset cœlum in  
particulari, & incæpisset ipsum mouere secundū  
particularem motum: nec tamen esset dare reuolu-  
tionem primam, quod ideo est, quia non incæ-  
pisset moueri, sed semper fuisse fluens. Deus er-  
go fecisset cœlum, & fecisset ipsum non motū,  
& non reuolutum: nec esset tamen ibi signata  
reuolutionem primam: sic si ab æterno creasset  
materiam, & ab æterno subieciisset eam transmu-  
tationi, & motui: sicut ab æterno subiecit cœlū  
reuolutionibus: sicut non esset dare in cœlo re-  
volutionem primam: sic non esset dare in mate-  
ria transmutationem primam: & per consequēs  
nec formam primam, sed sicut in eodem cœlo  
ante reuolutionem est reuolutio, & per conse-  
quens ante mutatum esse, quod acquiritur per  
vnam reuolutionem, est mutatum esse, quod ac-  
quiritur per aliam, & sic in infinitum: sic mate-  
ria siue initio subiecta transmutationibus, sem-  
per habuisse transmutationē ante transmuta-  
tionē, & semper habuisse formam acquisitam  
per vnam transmutationem, ante formam acqui-  
sitam per aliam, propter quod nunquam esset  
signata in materia transmutationem primam,  
nec formam primam. Triplex est ergo deceptio  
hominum in hac materia, vt potest aliquo mo-  
do patere per habita.

Tres dece-  
ptiones cit-  
ea reuolu-  
tiones.  
Deception  
prima.  
  
Mundos in  
instati ful-  
ser creatus,  
si ab æter-  
no.

Prima deceptio est, quia loquuntur de inter-  
minato quasi determinato. Dicimus enim, quod sicut Deus mensuratur instanti, quod semper  
stetit: sic produxit materiam, quæ semper fluxit;  
& quæ semper fuit transmutationi subiecta. non  
est ergo signare aliquam transmutationem, sub  
qua primo fuerit: nisi ponas ipsam incæpisse es-  
se transmutationi subiectam. Si enim cœlum p-  
ynam reuolutionem acquireret album: per alia  
nigrum: per aliam dulce: per alia frigidum ( q-  
infinitæ reuolutiones secundum hunc modum  
loquèdi, quæ prosequimur, præcessissent in cœ-  
lo. quia in infinitis reuolutionibus sunt infinites  
decem reuolutiones: centum infinites: mil-  
le infinites; decem millia infinites: quotcunq;  
millia infinites ) fuisset cœlum sub omnibus il-  
lis transmutationibus: sic & materia generabi-  
lium durat sub forma huius animalis per centū  
annos, sub forma alterius animalis pura per mil-  
le annos ( qyin infinito sunt infinites, quotcū-  
que centum infinites: quotcunque mille infi-  
nities) fuit materia sub quibuscumque transmu-  
tationibus, nec est ibi dare transmutationē pri-  
mam: nec formam primam. Quotiescunque er-  
go in talibus vis date primum, & vis mensurare;

Mundus in  
instati fusi-  
ser creatus,  
si ab ater-  
no.

qua primo id est, illi postea plena. Incepisse ei-  
se transmutationi subiectam. Si enim ccelum p-  
ynam revolutionem acquireret album: per alia  
nigrum: per aliam dulce: per aliā frigidum ( qa.

**A** loqueris de infinito, quasi de finito, & deciperis.  
quia das durationis initiu*m* ei, quod est sine initio.

**Secunda deceptio circa talia est, ut etiam po-**

**Deception  
secunda.**

B test patere per habita, quia homines loquuntur de æternitate motus, & transmutationum; sicut de æternitate eorum, quæ subiiciuntur transmutationi, & motui. In his em, q̄ subiicitur transmutationi, & motui; possumus signare ea, q̄ sunt æterna. vt si mundus æternus fuit: hoc cœlum est, quod fuit ab æterno reuolutionibus subiectum, & hoc instans fuit illud, quod æternaliter fluens causat tempus. Nam sicut tempus id ē est, quod motus: ita instans secundum, quod propriè, & principaliter sumitur; est idem, quod substantia mobilis primi, substantia n. mobilis primi, vt subiicitur motui: tanquam cuidam actui: sic est, quoddam mobile, & sic fluens causat motum: illa etiam eadem substantia, vt subiicitur illi motui: tanquam numero prioris, & posterioris: sic est instans, & nunc, quod est idem realiter in toto tempore: & quod fluens causat tempus. Est ergo signate instans, quod subiicitur æternaliter fluxui, loquendo de instanti, vt est idem secundū rem, sed non est sic signata huiusmodi instans, vt est aliud, & aliud secundum rationem, sed dividēdo fluxum per partes, vtputa reuolutiones, & tempus per partes: vtputa per noctes, & dies; reuolutiones sunt æternæ: non, quod sit dare reuolutionē, quæ sit æterna, sed reuolutiones sunt

æternæ, & nūquām incēperunt. **S**ed quia nō eit  
date instans, quod nō præcesserint infinitæ reuo-  
lutiones: sic noctes, & dies sunt æterni: non, q  
sit dare, vel signare diem aliquam, quæ sit æter-  
**C**na, sed quia non est dare aliquod instans, quod  
non præcesserint infiniti Dies. Sic etiam poné-  
do mundum æternum: est assignare hanc inaté-  
riam, quæ æternaliter fuit transmutationibus  
subiecta. Sed non est assignare, vel signare ali-  
quam transmutationem in materia, quæ fuerit  
æterna. Sed pro tanto transmutationes materiæ  
dīcuntur æternæ, & non incēpisse. quia non est  
signare aliquam transmutationem materiæ, quæ  
non præcesserint infinitæ transmutationes.

Tertia quidem deceptio circa hoc, est, ut etiam potest esse per habita manifestum, quia homines loquuntur de eternitate generabilium, sicut de eternitate perpetuorum, nam licet sit dare hoc signatum perpetuum, quod ab eterno fuit, ut hoc Cœlum; hic Sol : secundum hunc modum D loquendi sunt illa, que ab eterno fuerunt : tamē nullum est signare generabile, quod ab eterno fuerit, quia tunc generabile durasset per infinitum tempus, ut antea probabatur, mirabile est enim, quia concedunt aliqui, vel videntur concedere: motum potuisse esse ab eterno. Propter quod si esse creature esset, semper in fieri : videntur annuere, quod posset esse ab eterno, tamen, quod equus sit ante equum in infinitum videntur pro impossibili habere. Si ergo cœlus fuisset ab eterno continuè motus: sicut non esset date revolutionem primam, sed revolutiones p. cederet revolutiones in infinitu: sic non esset data mille,

\*Hic loquitur de instantiē temporis realis cōmunitate dīcto, nō imaginati. Vide id fusius sup. ar. I.

### Deception tertia.

*Infiniti cōsideratiōes māltæ, ac deceptiōes:*

*Deceptio prima infiniti ex additione, & diminutione.*

mille, vel mille millia revolutiones primas, sed has mille revolutiones præcessisset alia mille revolutiones, & alia mille in infinitū: vel hīmōi mille millia revolutiones præcessissent alia mille millia; & alia mille millia in infinitū: cū ergo oē corruptibile de necessitate corrumpatur. & omnia generabilia ista mensurentur certa periodo, quia nullum tale secundum naturæ cursus potest in infinitum durare: non poterit accipi ita magna periodus: nec ita magnum tēpus: ex quo finitum est: quin sit date semper huiusmodi tempus ante huiusmodi tempus in infinitum, quantumcunque ergo materia generabilium duret sub forma, ex quo non potest ibi stare per tempus infinitum: oportet, quod semper fuerit sub alia, & alia forma in infinitum: vt nō sit deuenire ad primam formā, si enim huiusmodi materia ab ēterno fuisse sub aliqua signata forma: dato, quod postea fuisse expoliata ab illa forma: formatio materiae, vt supra diximus, præcederet & eternitate suam expoliacionem: per infinitum ergo tempus stetisset materia generabilium sub aliqua forma, quod recta ratio non admittit. Si ergo bene considerabimus, quid dicat infinitum, & interminatum, & non habere initium: multæ rationes in hac materia dicuntur demonstrationes esse, quæ apparebunt esse sophisticae. Sic ergo pertractavimus diffusè, quomodo debeamus imaginari durationem mundi, si fuisse ab ēterno: non, q̄ in hoc intendamus fāuere Philosophis: sed vt apparet, vtrum rationes adductæ contra hoc, sint solubiles: vel sint demonstrationes, licet enim multo fortiores, & validiores: sint rationes aliquorū doctorum, ostendentes impossibile esse mundū ab ēterno fuisse: de quibus tractabimus in quæstione p̄senti: quām sīt ampulloſe rationes Philosophorum volentes ostendere mundum de necessitate fuisse ēternū: de quibus egimus in quæstione præcedenti: neutrā tamen nobis videntur esse demonstrationes.

Tertio principaliter dicere restat: quomodo circa infinitum accidunt multæ considerationes per accidens, & multæ deceptions, quas bonū est tangere: vt nobis caueamus ab illis, tangemus autem quinq; deceptions: Quatum vna sumitur ex parte additionis, & diminutionis. Secunda ex parte totalitatis, & partialitatis. Tertia ex parte majoritatis, & minoritatis partium. Quartā ex parte multiplicitatē, & submultiplicitatē. Quinta ex pertransire, & non pertransire.

Prima igitur deceptio est ex parte additionis, & diminutionis. Nam cum infinito non possit fieri additio, quia hoc est infinitum, quod totum occupat, vel quod totum comprehendit: si mundus fuisse ab ēterno per tempus infinitum: non posset tempori fieri additio, quia ergo sit ei additio: videtur, quod ibi implicitur contradictionē: videlicet, quod sit infinitum tempus, quia ab ēterno: & non infinitum tempus, quia semper sit tempori additio, q̄a semper additur dies diei, & nox nocti, & reuolutio reuolutioni. Sed hæc consideratio statim appetit esse per accidens: nam in-

A finitum, vt infinitum: non recipit additionem. Si ergo esset aliquid omniāque infinitum, ex nulla parte posset recipere additionem. Sed si aliqd ex vna parte est finitum; ex alia est infinitum: accidet tunc infinito recipere additionem, quia nō recipit, vnde infinitum, sed vnde finitum. Sic & tempus, si mundus fuisse ab ēterno ex parte ante, fuisse infinitum: ex illa ergo parte nullo modo posset recipere additionem. Si enim tempus incipisset ab ēterno: non potuisset incipere ante ēternum. sed ex parte temporis, in quo sumus: vbi est date ultimum instans, potest tempus recipere additionem, vt ratio ostendebat.

Secunda autem deceptio est ex parte totalitatis, & partialitatis. si enim mundus fuisse ab ēterno: videretur sequi, quod totum esset æquale parti, nam quando additur aliquid aliqui, tūc precedens cum addito est totum ad aliud, cui additur, vt si palmus addatur vlnę: vlna, & palmus est totum ad vlnam. reuolutio ergo hodierna addita est reuolutionibus alijs, reuolutions ergo præcedentes cum reuolutione, hodierna erunt totū ad reuolutions præcedentes: sed, vt probabitur reuolutions præcedentes cum hodierna, si mundus fuit ab ēterno, non sunt plus, quām reuolutions præcedentes tātum, videbitur ergo ex hoc sequi, quod totum non sit plusquam sua pars.

Probatio a sumpt̄. nam si mundus fuit ab ēterno: infinitę reuolutions præcesserunt reuolutionem hesternam, & infinitę hodiernam, sed infinitum non est maius infinito: non ergo plures reuolutions præcesserunt hodiernam, quām hesternam; & per consequens non est plus de tempore ab initio mundi usque hodie: quām ab initio mundi usque heri: totū ergo est æquale parti. Sed hæc sophisticatio manifestè decipit: cui statim instare possumus, vt communiter instat. nam infinitę species numerorum excedunt denariorū, & infinitę centenariorū: non ergo plures excedunt denarium, quām centenarium: centenarius ergo numero equatur denario, & per consequens totum parti. Dicemus ergo, quod vbi ex vna parte non itur in infinitum: sed ex alia: potest in talibus accipi maioritas, & minoritas; totalitas, & partialitas: nō ex ea parte, qua itur in infinitum: sed ex parte, qua statut. unus ergo numerus excedit alium: non quia ab uno numero ascendendo citius possumus ire ad finem numerorum, quām ascendendo ab alio. à quocunque enim numero incipiamus ascendere, nū quām poterimus venire ad finem numerorum. Sed est unus numerus maior alio per comparationem ad unitatem, vbi est status, vt quia plures unitates continet, vel quia magis ab unitate recessit. accidit ergo ipsi centum, & extraneum est ab eo: prout est totum ad decem, quod comparetur ad infinitatem numerorum, quia non accipitur huiusmodi eius totalitas per relationē ad ascensum in infinitum, vbi nō est status, sed per relationem ad unitatem, vbi est status, velle ergo probare, quod centum non est plus, quām decē; quia infinitę species numerorum excedunt centum,

*Deception secunda ex toto, & parte.*

*Infiniti ar si totū, & pars.*

## Quæstio IIII.

rum, sicut & decem, est peccare per fallaciam accidentis, & per relationem ad ascensum in infinitum, à qua non sumitur majoritas, & minoritas in numeris. Et ut demus exemplum magis simile ad propositum, imaginemur duas lineas équales: quarum quilibet ex via parte vadat ad infinitum, & non ex alia. ex ea ergo parte, qua illæ lineæ habent terminum: poterit cuilibet lineæ fieri additio. Si ergo fiat additio vni lineæ, & non alij: vna erit maior alia: etiam vna cum eo, quod est additum, erit maior seipso, & evit totum ad seipsum sine illo addito: nō ex ea parte, qua vadit in infinitum, sed ex ea parte, qua facta est sibi additio, hac ergo hypothesi stante: totū est équale parti, & inéquali. Aequale quidem ex ea parte, qua itur in infinitū. Inéquale vero ex ea parte, qua facta est sibi additio: sic etiam se habet in tempore ipso.

Deceptio  
tertia ex ma-  
iori, & mi-  
norri.  
Infiniti, an  
sit maius,  
& minus.

Tertia difficultas, vel tertia deceptio potest accipi in talibus ex parte maioritatis, & minoritatis partium. nam si toties sumantur magnæ partes, sicut & paruæ: totum conjectum ex maioribus partibus esset maius, quam conjectum ex minoribus. Ex hoc ergo videtur, quod si mundus fuit ab ēterno tēpus, per quod durauit mundus, sit maius, & minus seipso, quod est inconveniens. Nam in huiusmodi tempore sunt infinites mille anni. possumus n. dicere, quod mundus durauit per mille annos, per duo millia, tria millia, quatuor millia, & sic in infinitū. sic etiā in tali tempore sunt infinites decem anni. quia possumus dicere, quod mundus durauit per 10. annos: p. 20. 30. & sic in infinitū. sed, quod constat ex infinites mille, videtur esse multo maius, quam quod constat ex infinites 10. erit ergo huiusmodi tēpus maius, & minus seipso. Sed huic deceptioni statim instatur in numeris, nā in numeris sunt infinites mille, & infinites decem. possumus enim dicere mille: duo millia: tria millia, & sic in infinitum, & nunquam deuenimus ad finem numerorum. Sic etiam possumus dicere 10. 20. 30. & sic in infinitum: & nunquam deuenimus ad finem. arguatur ergo sic: Quod constat ex infinites mille: est plus, quam quod constat ex infinites 10. sed species numerorum constant ex infinites mille, & infinites 10. ergo sunt plures, & pauciores seipsis. Dicemus ergo, quod si toties sumantur magnæ partes: quoties paruæ: dum tamen quilibet sumantur ei in certo numero, facient maiorem quantitatē magnæ partes, quam paruæ: sed non si sumantur infinitæ, vnde infinitæ scutellæ plenæ aqua, facerent infinitam aquam, sicut, & infinita dolia. cuius ratio est, quia non est ita parua pars, quæ non possit toties sumi, quod æquatur, vel exceedat partem magnam. vt si maior pars aquæ continetur in dolio, quam in scutella; toties possit sumi scutella plena aqua, quod equabitur dolio, vel excedet ipsum. Si ergo sumantur partes in certo numero: poterit esse differentia inter partes magnas, & paruas. sed si sumatur sine numero, ita facient infinitum infinitæ partes paruæ,

## Artic. II. 63

A sicut & magnæ. quia quantitas partis majoris, & minoris, nihil est respectu infiniti;

Quarta autē deceptio sumi potest in talibus ex parte multiplicitatis, & submultiplicitatis. nā si mundus fuisset ab ēterno: tempus, per quod durasset mundus, esset multiplex, & submultiplex ad seipsum. fuissent enim in tali tēpore infinitæ revolutiones Solis, & infinitæ revolutiones Lunæ. sed Luna revoluīs duodecies, quādo Sol semel: esset ergo huiusmodi tempus duodecūplum ad seipsum. Sed huic deceptioni statim instatur in numeris. nam in numeris sunt infiniti denarij, & infiniti centenarij: ergo tot sunt ibi cētenarij, quot denarij. Sed centenariū est decuplū ad denariū, ergo decuplo plures sunt innumeris denarij, q̄ cētenarij: & sunt totidē, vt dicebatur. ergo quod est decuplum, est tantumdem, & subdecuplum. Dicemus ergo, quod accidit infinito, & extraneum est ab ipso, quicquid competit illi ratione finitatis. Cum enim finiti ad infinitum nulla sit proportio: velle sumere proportionem in infinito, secundum, quod finitum, est inconveniens: immo hoc est infinitum carete proportione. Tripliciter ergo est soluta obiectio. Primo quidem, quia esse decuplum, vel duodecuplum: non competit rei, nisi ratione finitatis: ex hoc ergo velle arguere ipsum infinitum esse decuplum: est arguere per accidens: est enim arguere in infinito ex his, quæ se tenent ex parte finiti. Soluta est obiectio, quia ex hoc proportio partium facit proportionem in toto, inquitum partes sunt proportionatæ toti, quod si partes sunt improportionatæ toti: nullo modo ex tali proportione potest argui proportio totius. cum ergo centenarius, & denarius, & quilibet numerus finitus, sit improportionatus numero infinito: ex proportione talium partium nulla resultabit proportio in toto: ex eo ergo, quod centenarius est decuplex ad denarium: & ex eo, quod infiniti centenarij, & infiniti denarij sunt in numero infinito: nulla proportio ex hoc potest argui in tali numero: non ergo potest dici ex hoc, quod sic decuplus ad seipsum. Sic etiam & in tempore: si tempus, per quod durasset mundus, contineret infinitas revolutiones Solis, & infinitas Lunæ: licet vna sit duodecupla ad aliam: nō propter hoc huiusmodi tempus erit duodecuplum ad seipsum. Tertio soluta est obiectio, quia esse decuplum, vel duodecuplum, hoc est esse proportionatum, & finitum: non ergo sic se potest habere infinitum ad seipsum, cum sit infinitum.

C

D

Quinta deceptio in talibus sumi potest ex parte transitus, vt dicamus, quod si mundus fuit ab ēterno: impossibile est deuenire usque ad diem hanc, quia tunc infinita essent pertransita. Sciemus ergo, quod pertransitus non repugnat infinito: nili quatenus faceret infinitum finitum. Si ergo est talis pertransitus, quod non faciat infinitum finitum: non repugnat ipsi infinito. per rāre ergo infinita, incipiēdo transire, est impossibile. quia ille, qui incipit transire, ab aliquo incipit: & cum compleat transitum, in aliquo desinit.

Deceptio.  
4. ex multi-  
plici, & sub  
multiplici.  
Infiniti an  
sit multipli-  
cas, & sub  
multiplici-  
tas.

Finiti ad  
infiniti nul-  
la ē propor-  
tio ex e.  
Physt. c. 15.  
& i. Celi. t.  
c. 52. 64. Itel-  
ligit de pro-  
portione &  
qualitatib.  
non autem  
ordinis, ut  
Doctor ex-  
ponit supra  
q. 3. artic. 1.

Deceptio.  
5. ex tran-  
situ.

Infinitum  
an possit  
pertransire.

Dicere

Dicere etgo hoc modo posse pertransire infinita, A est dicere posse pertransire finita: nam cum hu- iusmodi transitus habeat principium, & finem: impossibile est esse infinitum. Si ergo sic esset per- transire infinitas reuolutiones, q̄ aliquando in- cipisset reuolutiō cēlū: esset omnino impossibile: sed præterite infinita absque incipere pertransire, vel absque initio pertransire: non repugnat infini- tati temporis, quia est hoc ex parte ante, cum tē- pus est infinitum: non damus ei terminū neque finem. Infinitę ergo reuolutiones sunt pertransi- te in infinito tempore. infinitum autem tempus est pertransitum ex parte ante, quia huiusmodi pertransitus non habuit initium, & per consequē- tempus sic pertransitum non fuit initiatum: vnde non competet ei ex parte ante habere terminum, siue finem. Possunt autem, & multæ aliae so- phisticationes circa infinitatem fieri, quas volu- mus silentio pertransire.

*De creatione, & conseruatione.*

Quarto, & vltimo, quia, vt dicebatur, magnā difficultatem facit in proposito creatio, & conseruatio rerū: declarare volumus quomodo ista se habeat ad inuicem: vtrum sint idem, vel quo- modo differant, videtur enim aliquibus, q̄ differat realiter conseruatio à creatione, quia, vt dicunt, esse differt à duratione: cum ergo, vt aiunt, terminus creationis sit esse terminus conseruatio- nis: sic duratio, quia creans aliquam rem dat sibi esse: conseruans autem præsupponit esse: non est ergo idem creatio, quod conseruatio. Differt, & secundo, vt dicunt, quia rei habenti esse: nihil potest dare esse: nisi res prius perderet suū esse. Si ergo Deus semper daret rebus esse: semper es- sent res in continuo corrupti, & in cōtinua per- ditione sui esse: cum ergo hoc sit falsum: quia non semper dat rebus esse: ergo non semper res creat, sed semper res conseruat: non est ergo vñ idem, quod aliud.

*Creatio, & conseruatio,*

Sciendum ergo, quod creatio, & conseruatio dicunt aliam, & aliam habitudinem ad agēs: sed vnam, & eandem rem dicunt. Supponemus autē cum eis, quod idem sit creare, quod dare esse. Sed quāremus ab eis vtrū esse, & esse, vt ab alio, sint duas res, vel sit res, & habitudo quedam. Cō- stat autem, quod esse, vt ab alio datum, nullam rem addit supra esse. sic conseruare idem est, quod continuare esse: quāremus ergo ab eis: vtrum esse, & esse ab alio continuatum dicant duas res. constat autem, quod conseruare esse in eo, quod habet esse, non est aliquid addere rei: sed est eam tenere in eo, quod habet conseruare: ergo nullā rem addit supra esse: creare ergo, & conseruare dicunt aliam, & aliam habitudinem: propter qđ aliquid verificatur de vno, quod non verificatur de alio, sed non dicunt aliam, & aliam rem: quodlibet n.eorum dicit esse rei creatæ, & conseruata, cū ergo dicitur, quod durare est aliud, quām esse: dicemus, quod eandem rem dicit durare, & esse: res enim tam diu durat, quāmdiu est. Si au- tem differt duratio ab esse: huiusmodi differētia non erit realis: sed dicitur res durare: non quia aliud habet, sed quia nō perdit, quod habet. præ-

supponit etiam conseruatio creationem: & crea- re est dare esse non habenti: conseruare vero cō- petit habenti esse, sed hoc non est, quia res præ- supponat rem, sed quia habitudo haec tenere p aliud, præsupponit habere per aliud: nec etiam ex hoc est, quod sit alia, & alia res; sed, quod sit alia, & alia habitudo. nam eadem res est, vel idē esse est, quod per creationem nō habenti datur, & per conseruationem in habente continuatur. Si ergo mundus incæpit in tempore, vt veritas est, & vt fides tenet: tunc creatio dicit esse ex ni- hilo in hac re inchoatum: conseruatio dicit idē esse in hac re cōtinuatum, sed si mundus non incipisset, creatio diceret esse sine initio datum: conseruatio vero diceret idem esse tunc, & in posterum cōtinuatum.

*Ad rationes ex parte mensurae.*

Ex his ergo solui possunt rationes sumptae ex mensura creationis, nam cum dicitur, quod mē- sura creationis est nunc temporis: patet, quod si mundus fuisset ab æterno: creatio nō fuisset mē- surata per nunc temporis: sequendo tamen opī- nionem Philosophorum: nunc temporis fuis- set coeūum creationi: nō nunc temporis, quod fluere incipisset, sed quod ab æterno fluxisset. nunquām ergo esset signare tale instans: cum semper fuisset in fluxu, quod non præcessisset ip- sum pars temporis: ergo cum huic vltimo insta- ti nunquām posset signari aliquod instans præ- cedens, quod includeret infinitum tempus, per consequens nunquām esset signare instans pri- mum: à quo vniuersaliter inciperet tempus.

Quod autē secundo addebatur, quod si Deus fecisset mundum de materia æterna: si fecisset il- lum in instanti ante illud instans non fuisset mun- dus, & ita non esset æternus: multo ergo magis nō est æternus, si non est factus de materia æter- na, sed de nihilo; Dici debet, q̄ si materia fuis- set æterna: Deus potuisset facere de illa materia aliquid ab æterno, sed illa factio non mensuraretur instanti temporis, quia nihil ab æterno factū secundum naturæ cursum est temporale: quod- libet enim tale, dato, q̄ postea corrupteretur, vel annihilaretur: durasset per infinitum tēpus. creatio ergo talis rei non haberet pro mensura instans temporis, sed instans æui, & quia in æuo non est successio: sufficit vnum instans ad quantūcunque durationem. Dato ergo, quod ante illud instans non fuisset mundus: non propter hoc argueretur, quod non esset æternus mundus. illa ergo creatio non mensuraretur nunc tempo- ris, sed posset ei coeūum esse nunc temporis: nō nunc temporis aliquando non fluens, sed nunc temporis ab æterno fluens, sed ante tale nunc, quod ponitur ab æterno fluere: non esse mun- dum: non arguit ipsum non esse æternum.

Verum quia intellectum habens non quie- scit: debemus diligenter aduertere, quod in infi- nito tempore necesse est esse infinita tempora- lia, siue infinita generabilia, & corruptibilia. Nā generabile, & corruptibile quantūcunque duret

per

## Quæstio IIII.

65

per magnum tempus, utputa per quingentos, vel per mille annos, & ex quo tempus illud finitur est quia finitum finitius sumptu totu est finitum. Si mundus fuisset ab eterno, quia transuisset infinitum tempus: oportet, q generabilia, & corruptibilia in illo infinito tempore fuissent infinita, fuissent, n. sicut hanc hypothesim infiniti equi: ipsa iti leones, & sic de alijs gnabilibus. vbiq; autem est dare infinita, no est dare primu: i. in qualibet motu locali, quia sunt ibi infinita mutata esse, no est ibi dare primu mutatu esse. Ille. n. qui mouet rotam, no mouet ea in vniuersali, sed mouet ipsam in particuliari: attamen, quia in illo motu sunt infinita mutata esse; no est ibi dare primu mutatu esse. sic si Deus fecisset ab eterno. celi, & subiecisset ipsum reuolutionibus: no subiecisset ipsum reuolutionibus in vniuersali, sed in particuliari: attamen, q fuissent infinita reuolutiones, no esset dare reuolutione primam; hoc em posito: fuissent ab eterno reuolutiones, sed non esset signare reuolutionem, que fuisset ab eterno producta; quia tunc illa reuoluçao esset prima, & esset ibi signare reuolutione primam, qd est impossibile secundu hypothesis facta. Sic si Deus ab eterno subiecisset materiam formis gnabilibus, & corruptibilibus, utputa formis leonum, & formis equorum, & alijs formis: no subiecisset materiam huiusmodi formis, in vniuersali, sed in particuliari: attamen, quia hoc posito, fuissent infiniti leones, & infiniti eq fm hanc hypothesis: posset dici, q equi, & leones fuerunt ab eterno, sed no esset signare leone, nec equu, qui fuisset productus ab eterno, q tunc ille leo, vel ille equus esset leq primus, vel equus primus, qd est impossibile. Si ergo materia fuisset eterna, potuisse Deus de illa materia facere hoc celu signatum, vel hunc Solē signatum, vel hanc Lunā signatā, q talia no sunt gnabila, nec corruptibilia nullū, nō gnabile, vel corruptibile posset signari, qd de materia eterna fuisset productu ab eterno, q tunc illud esset primu tale. ergo si mundus fuisset ab eterno, vt ab eterno fuissent gnabilia, & corruptibilia: non esset signare primu gnabile, hec primu corruptibile. Iō si Deus de materia eterna fecisset ab eterno aliqd, quo signari posset, factio illius, no mensuraret instanti tpis, q no esset t pale, sed mensuraretur in instanti, quod no est instantis fluens, sed est instantis stans. Igitur si Deus fecisset mundum ab eterno: fecisset materiam ab eterno subiectam corporibus perpetuis, utputa corporibus supercelestibus, & ab eterno fecisset materiam subiecta formis gnabiliu, & corruptibiliu, utputa formis istorum inferioru: ita, q ab eterno fuissent gnabiliu, & corruptibiliu, & ab eterno fuisset corpora perpetua, & supercelestia: aliter tamen, & aliter, quia esset determinate signare hoc corpus supercelestes, vel illud, quod fuisset productu ab eterno: sed non esset signare hoc gnabile, vel illud, quod esset ab eterno factu, quia tunc illud esset generabile pri-  
mum: ergo si volumus loqui de instanti, quod mensurat productiones factibilium, dicemus, q ab eterno in instanti fuisset productio generabi-

lium, & productio perpetuorum: sed productio corporum perpetuorum fuisset ab eterno in instanti semper manente: productio vero corruptibilium fuisset ab eterno in instanti semper fluente. & quia instanti, quod mensuraret productionem corporum perpetuorum, esset semper stans: posset signari instantis, in quo esset producta corpora perpetua, & per consequens possent signari corpora perpetua, quae essent ab eterno producta. Sed, quia instantis, in quo fuisset producta generabilia, & corruptibilia, non fuisset instantis manens, sed instantis semper fluens: & quia illud instantis non incepisset fluere, sed ab eterno fluxisset: non esset signare instantis, in quo primo essent facta generabilia, & corruptibilia, quia, hoc posito, esset signare quando primo incepit fluere illud instantis: quo posuo, non semper, & ab eterno fluxisset, sed fluere incepisset, & sicut non esset signare instantis, in quo primo essent facta generabilia, & corruptibilia: sic non esset signare primum generabile, nec primum corruptibile. Cum ergo dicatur: si Deus in instanti fecit mundum: ergo ante illud instantis non fuit mundus: aut loqueris de instanti; quod mensurat productionem perpetuorum: aut de instanti, quod mensurat productionem corruptibilium, nā mundus est quoddam totum ex corporibus perpetuis, & temporibus compositum: si loqueris de instanti, quod mensurat productionem perpetuorum (quia illud instantis est stans) portuit ab eterno else: propter qd non arguitur, quod non fuerit mundus ab eterno: sed quod non fuerit mundus ante eternum. Si autem loqueris de instanti, quod mensurat productionem corruptibilium (quia illud instantis fuisset semper fluens, & non esset signare quando primo fuisset generabile, & non esset signare quando primo fuisset facta generabilia, no ergo ex hoc arguitur, quod generabilia non fuissent ab eterno: sed, q no esset signare generabile, quod fuisset ab eterno: vel quod idem est, quod non esset dare primum generabile, secundu ergo hanc hypothesis coequa essent hæc duo instantia, & quodlibet illorum fuisset ab eterno: videlicet instantis semper manens, quod faceret eum, & mensuraret productionem perpetuorum, & instantis semper fluens: quod faceret tempus, & mensuraret productionem corruptibilium, nam licet motus, vel alteratio mensuretur tempore: inductio tamen formæ, & acceptio esse, & generatio, siue productio cuiuscunque substantiae mensuratur instanti, generabilia itaque, & corruptibilia non fuissent ante instantis semper fluens, & perpetua non fuissent ante instantis semper stans: sed cum ista instantia essent coena, & quodlibet illorum secundum hanc hypothesis fuisset ab eterno: non arguit argumentum, quod corpora corruptibilia, vel perpetua non fuissent ab eterno: sed, quod non esset signare primum.

Quod autem tertio addebatur, quod si aliquid adnihilaret, no esset ibi infinitas ex parte post: ergo si aliquid creatur, no erit ibi infinitas ex parte ante:

Aegid. super ij. Sen.

I videtur

Instans da plex.

Mundus no fuit ante instantis, quod mensurat productionem perpetuorum, portuit ab eterno esse

videtur hanc ratio huic consequentia inniti: nec ad nihilabitur: ergo non durabit in infinitum: ergo à simili hoc fuit ex nihilo: ergo non sicut per tempus infinitum. si, n. quod aliquando erit ad nihilatum: aliquando non erit: propter quod non perpetuabitur in esse ex parte post: ergo, quod fuit ex nihilo, aliquando non fuit: nec durauit per infinitum tempus ex parte ante; Dici debet, qd non est simile de nihilo fieri aliqd, & de aliquo nihil. Nā si mundus éternus fuisset: ex nihilo fuisset factus, & fuisset factus post nihil: non post, dura-  
tione, sed natura: possumus enim intelligere, qd effectus diversus in esse à causa, sit coquus causæ: secundum quod docet August. 10. de Ciu. Dei. c. 3 i. dicens: Si pes ex æternitate semper fuisset in puluere, semper ei subesser vestigium, quod tamen vestigium à calcante factu nemo dubitat, nec alterum altero prius esset: quamvis alterum ab altero factum esset. Et, vt clarius hanc senten-  
tiā ponamus: dicamus, quod Deus creat dando esse: ad nihilat subtrahendo esse: quantum ergo est ex parte dare esse: si nihil aliud repugnat: possumus intelligere, qd Deus sicut sine initio est: sic sine initio dat esse alicui: ergo illud, cui dat esse, si nihil aliud repugnat: potest esse Deo coquum ex parte ante, sed illud, cui Deus accidit esse: si nihil aliud repugnet: sequitur ex ipso accipere esse, qd illud, quod ad nihilatum est, & à quo acceptum est esse: non sit coquum Deo ex parte post. Dicemus ergo, quod quantum est ex parte dare esse: si nihil aliud obuiat: creatura potuit esse coqua Creatori. Vel possumus dicere, qd argumen-  
tum arguit magis pro æternitate, quam contra: dicitur enim ibi, qd creatio naturaliter tendit ad esse: ad nihilatio ad non esse, sic ergo debemus ar-  
guere de infinite à parte post, respectu non essi in ad nihilatione: sicut de infinite respectu esse ex parte ante in creatione: vt dicamus, id, quod ad nihilabitur per infinitū tempus à parte post: poterit habere non esse: ergo id, quod fuit creatū per infinitum tempus ex parte ante potuit habe-  
re esse: cum, n. creatio tendat ad esse: ad nihilatic ad non esse: sic, vt videtur, debemus loqui de es-  
se in creatione: sicut de non esse in ad nihilatione. Prima tamen responsio magis est ad rē, quia po-  
nentes, quod mundus potuit esse ab éterno: dice-  
rent nihil præcessisse creaturam natura: tamen si creatura ad nihilaretur, & fieret nihil; tunc etiam duratione aliquid sequeretur creaturā: qd, n. per-  
dens esse sit Deo coquū ex parte post, est impos-  
sibile: sed, qd accipiens esse ab eo sit ei coquum ex parte ante: quantum est ex parte recipere esse: si nihil aliud repugnaret, nullum videtur incóueniens, vtrum autem aliquid aliud repugnet, propter quod cōcludatur hoc esse impossibile: neutrā partem asserimus, sed dicimus, qd rationes, quas vsq; nunc vidimus: volētes probare, qd hoc repugnet creaturæ, & qd non potuit esse: videtur nobis solubiles, & non esse demonstrationes.

*Ad rationes ex parte infinitatis.*

Ex his etiā possunt solvi rationes in hac ma-  
teria sumptu ex parte infinitatis. nā cūtī primo

A dicitur, qd si mundus fuisset ab éterno, infinitus si-  
ret additio, & vnum infinitum eset maius, quam  
aliud, & vnum infinitum eset hoc modo maius  
alio: quia fuissent ibi infinitæ revolutiones Solis,  
& Lūnæ, & tamen fuissent ibi saltæ duodecies ta-  
tiens revolutiones Lūnæ, quam Solis: totū solu-  
tum est in tertio præambulo: vbi assignauimus so-  
phisticationes, & deceptiones, quæ possunt con-  
tingere circa infinitum.

Quod autem secundo addebat, qd in infinitis  
non est ordo: p qd si revolutiones fuissent in  
finite, non fuisset vna revolutione prior alia; Dici de-  
bet, qd in infinitis non est ordo p se causalitatis, im-  
possibile est, n. aliquæ effectu p se depedere ex infi-  
nitis causis: sed bene pōt in infinitis esse prius te-  
pore: ex quo tēpus ponitur durasse in infinitum:  
vt, qd vna revolutione fuerit prior alia tempore, &  
alia prior tempore, & sic in infinitum. Vel pōs-  
sumus dicere: hoc esse non omniquaque verum, qd  
in his, quæ vadunt in infinitum, nullus sit ordo:  
nam numeri in infinitū vadūt, & tamē est nume-  
rus post numerum, & est ordo in numeris; tamen  
nullū est dare numerum actu: qui sit ex infinitis  
causis, vel quæ præcesserint infiniti numeri. Ita,  
si mundus fuisset ab éterno: nullam eset dator re  
in actu, quam præcessissent infinita, quæ esent  
per se causæ illius rei. Et quando dicebatur, quod  
vnum animal est per se causa alterius animalis,  
Dici debet, qd generans est per se causa geniti: ita,  
qd pater est per se causa filii, sed equi præcedentes  
hunc equi generantem: sunt per accidens causa  
huius equi geniti. Si enim faber fuisset æternus  
& martelli esent generabiles, & corruptibiles.  
habuisset infinitos martellos: ita, qd hūc martel-  
lum præcessissent infiniti martelli. Sed hoc esse  
per accidens: sufficeret enim vtus martellus a-  
constituendū hūc martellum. qd aut infiniti mar-  
telli præcesserint, accidit hūc martello, fuerint  
enim præcedentes martelli, causa sine qua non: sed  
non fuerint causa per se. Quod vero ibidē addeba-  
tur: quare in his, quæ sunt per se non pōt esse in-  
finitas: sed in his, quæ sunt per accidens; Dici dēt,  
qd non hēt difficultatē, qd queritur: nā habere tāt  
per se: est hēt cām déterminatā: hēt aut cām per  
accidens: est hēt cām indeterminatā, qd ergo p se sic  
infinitū, & indeterminatū: est incōueniens: sed, qd  
p accidens, qd de se dicit qd indeterminatū: sit in-  
finitum, & indeterminatū: non est incōueniens.

Quod autem addebat tertio, quod si mu-  
ndus fuisset ab éterno: fuissent infinita pertransi-  
ta: ergo nunquam fuisset deuentum ad revolutio-  
nem istam, solutum fuit in deceptionibus, quas  
adduximus circa infinitatem. Quod vero ibidē  
addebat, quod hoc posito infinitæ revolutiones  
præcessissent revolutionē hodiernā, & hester-  
nā, & aliā hesternā, & terrā hesternam: ergo non  
plures revolutiones præcessissent vna revolutionē,  
quam aliam, solutum etiam fuit in eisdem dece-  
ptionibus: vbi instabatur in numeris: quomodo  
infinitæ species numerorum excedūt denarium,  
& infinitæ centenarium, & bene soluebatur, vni-  
de contingit talis deceptio.

Quod

Infinitus  
an sit ord

Infini-  
tus in i-  
que sur-  
fe, esse &  
posit.

**Quod vero addebatur quarto,** quod tunc intellectus angelī, qui est finitus, posset intelligere infinita actu, quia nullius obliviscitur; Dici debet, quod si mundus fuisset ab æterno, & angelus ab æterno, & fuissent infiniti equi: non posset angelus simul intelligere infinitos equos, nā hic equus generabilis, & corruptibilis, dicit e-  
quum determinati temporis: nam si distinetur talis equus: hic, & nunc, quæ sunt conditiones materiae: ingredentur diffinitioem eius. Si ergo intelligitur hic equus gnabilis, & corruptibilis; intelligitur determinatum tempus, in quo est talis equus. & quia nunquam angelus posset simul intelligere totum tempus, si mundus fuisset ab æterno: sed semper posset intelligere maius tempus, semper maius tempus: nunquam tamen posset intelligere infinitum tempus: sicut semper posset intelligere plures equos, semper intelligere plures equos, nunquam tamē actu intelligerent infinitos equos, quia infiniti equi nō fuissent nisi in infinito tempore; totum autem infinitum tempus simul comprehendendi ab angelo es-  
set impossibile.

\*Angelus non potuit ser intelligere totum tempus si mundus fuisset æternus.

\*Animatus infinitas an- fuisse, stan- te mudi- teritate.

Animatum infatio nō potest esse per circuitus secundū na- turę cursū.

Animatum infinitas in actu cur nō sequatur, etiam si ex Art. mun- dus fuisset bus. Addi- eti, quod An. nō ne- scivit qu-

\* Quod vero addebatur quinto, quod tunc essent infinitæ animæ rationales actu, quod est impossibile; Dici debet, quod cum queritur: vtrum possit demonstrari, quod impossibile fuerit mundum fuisse ab æterno: non est quæstio de omnibus, quæ sunt in mundo: nec de omni modo, quo sunt in mundo: nec quomodo est, vtrum potuerit esse secundum naturæ cursum: sed vtrum Deus potuerit facere: vel virum possibile fuerit hoc esse à Deo, arguamus ergo sic: Constat, qd si quereretur, vtrum Deus posset per circulationem infundere animas corporibus, quilibet concederet, quod sic, nam Deus potest quamcunque dispositionem inducere in quamcunque materia: etiam si res esset annihilata; secundum Sanctorū sententiam posset eam, vnde vellet, eandem numero reficere: nam si aliquis fuisset nutritus ex embrionibus puerorum, & nihil haberet de materia, quod non pertineret ad veritatem humanae naturæ aliorum hominum: ille tamen homo resurgeret, & Deus vnde vellet, ei materiā restauraret, & in materia illa induceret dispositionem eandem; vt posset infundi eadem anima. Si ergo quereretur: vtrum secundū naturæ cursum posset esse infusio animarum per circulum: dicemus, quod non. Si quereretur: vtrum Deus posset hoc facere: dicemus, quod sic. Si ergo Deus posset per circulum infundere animas, & hoc faciendo, si mundus fuisset ab æterno: non fuissent infinitæ animæ: constat, quod si Deus fecisset mundum ab æterno, & si fuisset homo ab æterno, potuisse facere, quod non essent infinitæ animæ.

Ad argumentum ergo cum dicitur, quod essent infinitæ animæ: dici potest, quod si Deus fecisset mundum ab æterno potuisse facere hominem in tempore, nā multi doctores Græcorū posuerunt angelos factos ante mundum. Si ergo mundus fuisset ab æterno: non fuisset magnum inconueniens, hominem factum post mū-

dum. Vel possumus dicere, vt dicebamus, quod si mundus fuisset ab æterno, & homo ab æterno: potuisset Deus inuenisse modum, quod non essent infinitæ animæ: vt modum illuin, quem assignauimus, vel inuenisset alium modum multo congruentiorem, ad quem inuestigandum intellectus noster non sufficit.

uis numeri posse esse in- finitū, sed solum eū, qui in exten- sione ma- gitudinis cuius vni- tes sit quā- ritates coti- nuae.

Quod autem addebatur ibidem, quod est error in Philosophia ponere tales infusiones animalium, quia actus actiuorum sunt in paciente, & disposito: dici debet, quod ratio solum ar- guit, qd hoc fieri non possit secundum naturæ cursum: sed, quod Deus hoc non possit facere: ratio non concludit.

\* Art. 2. de- aia. t.c. 24.

Quod autem addebatur sexto, quod oē præteritum aliquando fuit futurum; dici debet, qd sicut, si mundus fuisset æternus, tempus præteritum fuisset infinitum, & sine initio: sic totū tempus fuisset futurum, quod in illo toto tempore non esset dare terminum nec initium. non ergo esset dare instans, in quo possemus dicere totum tempus fore futurum.

Quod autem addebatur ibidē: Quelibet dies præterita prius fuit futura, sed quælibet dies idē est, quod omnes dies: ergo, &c. Dici debet, qd tales argumentationes sunt sophisticæ, & possunt solui per simile, qd habetur in de generatione, & corruptione. Nam continuum est diuisibile secundum quocunque signum: non tamē potest esse diuisum secundum omnia signa, est enim continuum diuisibile secundum quocunque signum, quia nullum signum potest signari secundum, qd non posset diuidi, & secundum, quod non posset esse diuisum: non tamē potest esse actu diuisum secundum quocunque signum, quia nec omnia signa continui actu signati possunt: Sic quælibet dies præterita fuit futura: tamen, quia non omnes dies signati possunt: nunquam est signare ali quod instans, in quo totum tempus fuerit futurum. nā, qd dies præterita prius fuerit futura, hoc est, quia instans, quod est principium futuri; sit postea finis præteriti: nunquam ergo præteritū potest signari futurum, nisi quia incipit esse præteritum. Si ergo sine initio, & sine inceptions fuisset tempus præteritum: nunquam totum huiusmodi posset signari fuisse futurum.

Quod autem addebatur septimo, qd si mundus fuisset ab æterno: sequeretur hoc inconueniēs, qd inter duos asinos fuissent infiniti asini; Dici potest, quod, vt patuit in solutione principali, si mundus fuisset æternus, nō esset signare aliquod generabile, quod esset æternum, quia tunc illud generabile durasset per tempus infinitum: hac ergo hypothesi stante: qd generabilia fuissent ab æterno: non, quia esset signare aliquod generabile æternum: sicut esset signare Cœlum, vel Solem, qui fuisset ab æterno, sed pro tanto generabilia fuissent ab æterno, quia non esset signare instans, in quo inscipisset generatio illorum. \* Si ergo Deus fecisset aliquem asinum ab æterno: ille asinus non generalasset, quia nihil, quod durat per infinitum tempus secundum naturæ cursum est

\* Generabi- lia quo fac- tent æternas, si mundus fuisset æter- nus.

\* Animal aternū an posset gene- rare.

generationi, vel corruptioni subiectū, nec tamen propriet hoc asinus generans esset nobilior illo a-sino non generante, quia sicut potest aliquis e-quus, quod non pōt angelus; nec tamen est pro-poter hoc simpliciter nobilior angelo, sic: si asinus aliquis signatus fuisset ab æterno: secundum na-turæ cursum non generaret: non tamen esset ignobilior asino generante, nā dimittamus de ho-mine, vbi semper est specialis difficultas genera-tio, & corruptio in alijs rebus data est, vt, quia non possunt se continuare eodem numero: con-tinuerūt se eodem specie: hēc enim posset alia cau-sa assignari: hēc tamen est bona causa, sed si asinus aliquis signatus fuisset ab æterno, (quia ille durasset per infinitum tempus ex parte post) con-tinuerūt se in numero per tempus infinitum à parte post; ideo, quod talia generarent: ea, quae oriuntur ex sensibilibus, nō admittunt. Vel pos-sumus dicere, quod si Deus fecisset aliquem asi-num ab æterno, & ille genuisset: inter huiusmodi asinum, & hunc asinum non possent esse infiniti asini, nam nunquam asinus genitus est coeūus generanti: sed æternum præcedit æternitate om-ne sibi non coeūum, asinus ergo ille æternus præcessisset suum filium æternitate (accipiendo æter-nitatē largè) pro omni eo, quod compræhendit infinitum tempus. & quia asinus primogenitus ab asino fuisset temporalis, nō potuissest hoc mo-do esse infiniti asini, sed si fuissent infiniti asini, hoc est, quia semper fuisset asinus ante asinum, & nunquam potuissest signari, qui fuisset æter-nus asinus.

Quod autem addebatur octauo, q̄ actio agen-tis non terminatur ad vniuersale, sed ad particu-lare: solutum fuit in solutione principali. Nam si cœlum fuisset factum à Deo ab æterno, & Deus ab æterno revoluisset cœlum: non causasset teuo-lutionem cœli in vniuersali; attamē, quia huius-modi revolutiones non habuissent initium, non esset dare revolutionem primam, sed semper ante revolutionem fuisset revolutione infinitum. Et quod dicimus de cœlo secundum revolutio-nes ad fiduciam: diceremus. secundum hūc modum loquendi de materia respectu transmutationum ad formam. Si enim Deus ab æterno fecisset ma-teriam; & subiecisset eam transmutationibus ad formam: non esset dare transmutationem ptimā: nec formam ptimā in tali materia, sed semper ante transmutationem fuisset transmutatio, & ante formam forma in infinitum: nō tamen pro-pter hoc talia fierent in vniuersali, sed in particu-lati, vt in solutione principaliter diffusus di-cebatur.

Quod autē addebatur nono, quod fuissent in-finiti dies, & quolibet die Deus potuissest facere vnum lapidem; Dici debet, quod hēc ratio non concludit intentum, sed petit sibi quandam dif-ficultatem solui: nam quoiquot Deus potest face-re in pluribus diebus, & in pluribus instantibus: potest facere in eadem die, & in eodem instanti: nam in eodem instanti dicuntur fuisse facta, cœ-lum Empyreū; Natura angelica, & Corporalia,

A vel materia istorum corporalium: cum ergo hēc sint ita diversa, & cum tot dicantur esse species Angelorum. quia, vt inquit Dionysius 14. c. de Angelica Hierarchia; Sunt plures, quām sint species omnium istorum corporalium: Si Deus tot potuit facere in uno, & eodem instanti: nec plura potest facere in duobus instantibus, quām in uno; consequens est, quod si etiam essent infini-ti dies, vel infinita instantia: nō propter hoc Deus plura posset. Vult ergo hēc ratio sibi hanc dif-ficultatem solui; & An Deus potuissest facere infinita. Ad quod dicemus, cum Commentatore in 12. Metaphysicā: Quod nullū agens potest, qd repugnat effectui, quia tunc esset agens, & non agens. & quia infinitas repugnat effectui: nec in eodem instanti: nec in pluribus instantibus: nec etiam in infinito tempore; possent fieri infinita, quod essent actu infinita, quia hoc repugnat ef-fectui.

\* Angeloi  
spēs quer.  
Vide id fu-sus. d. 3. p. 4.

\* An Deu-potuissest fi-cere infinitum. Et Phys. c. 4.

#### Ad rationes ex parte factio[n]is.

Ex his etiam solui possunt rationes sumptæ ex parte factio[n]is: nam cum primo dicitur, quod si mundus fuisset ab æterno: non differret fieri creaturæ à facto esse; Dici debet, quod in crea-tione semper sunt simul fieri, & factum esse: nā cum creatione non fiat successiuē, sed simul tota; si-mul est creari, & creatum esse, & fieri, & factū esse: sicut videmus per simile, quod quia forma substantialis inducit in instanti; simul est eam induci, & inductam esse. Possumus tamen aliquā differentiam assignare in talibus, inter fieri, & fa-citum esse, nam in his, quae de nouo creantur, est signare primum instans creationis: in illo ergo primo instanti creature fit, & facta est, vel creaturæ, & creata est. In omnibus autem alijs instantibus non propriè dicitur, quod fiat vel creetur; sed, q̄ facta, & creata sit: ergo creatum esse, & factū esse, respiçit tam primum instans creationis, quām totum tempus sequens. sed creari, & fieri respi-cit primum instans solū. Sed si mundus fuisset ab æterno, creatum esse, & factum esse competere creaturæ ab æterno, & in omnibus instantibus sequentibus: sed creari, & fieri competenter crea-turæ ab æterno tantum. Si enim mundus fuisset æternus; Deus fecisset creaturam, & conseruasset in facto esse: sed fecisset ab æterno: conseruasset autem in facto esse, & tunc, & postea fecisset ergo Deus mundū: sed, nō esset signare instans, in

D quo fecisset: secundū, q̄ August. 10. de ciu. Dei docet nos imaginari de vestigio pedis: nam si ab æterno fuisset vestigium, quod factum esset à pe-de, nemo dubitare: non autem est intelligibile, quod vestigium factum esset à pede, nisi pes fe-cisset vestigium; vestigio ergo secundum hanc hy-pothesim fieri competenter ab æterno, sed factum esse competenter ei ab æterno, & postea: nec est inconueniens, quod aliquid simul fiat, & factū sit, cum non fiat successiuē.

Quod autem addebatur secundo, quod esse creature esset semper in fieri, quia non differret ibi fieri, & factum esse; Pater, q̄ siue mundus fue-tit

## Quæstio IIII.

## Artic. II. 69

tur ab æterno, non incipit in tempore, semper esset differentia inter fieri, & factum esse, nam si fuisset ab æterno: ab æterno fuisset fieri, & factum esse. Sed per totū tempus post, verificaretur factum esse, & creatum esse: non propriè fieri. Dicitur autem non propriè fieri, quia secundum aliquem modum verificari posset, q̄ esse creaturæ esset semper in fieri: competeret enim creaturæ fieri, etiam si ab æterno fuisset, & competere ei fieri in instanti temporis: non, quod instantis temporis creationem mensuraret, sed quia illi creationi assisteret, & esset illi creationi coeū. In instanti ergo fecisset Deus mundum: non in instanti aliquando non fluente, sed semper fluente, & quia non esset signare & instans, quod non fluxerit, non esset signare instans, in quo Deus fecerit. Multa, n. sunt, quæ facta sunt, & verē sunt: quibus tamen non est signare, quando primo facta sunt, vt si ab æterno fecisset cœlum, & ab æterno voluisse ipsum: verum esset, quod fecisset hoc cœlum, & hunc motum cœli, sed non esset signare, cum primo fecit: nec cum primo mouit. Aduertendum autem, quod sensibiliter procedendo dicemus, q̄ in quolibet motu nō est signare, cum mouens primo mouit: est enim signare, cum nihil erat de motu, sed non est signare primum moueri, loquendo de motu locali, vbi est magis continuitas, quam in alijs: non ergo possumus negare ipsum moueri nō esse creatum à mouente, quia non est signare primum moueri: sic non possemus negare, quod Deus non fecerit mundum: dato, quod non esset signare quando primo fecerit: non enim solum in successu, sed etiam in permanentibus, vt patuit in vestigio pedis, si ab æterno fuisset pes in pulvere, ab æterno fuisset vestigium, quod factum fuisset à pede nemo dubitaret, & per consequens, quod pes non fuisset, nullus negaret. attamen quando primo fecisset, vel quando fecisset, non esset signare.

Quod autem tertio addebatur, quod si creatura fuisset ab æterno, non potuisset Deus non fecisse creaturam, & quod præteritum non potest impediri, nisi quando est futurum; dici debet, q̄ sicut si mundus durabit in perpetuum: Dominus regnabit ultra mundum, iuxta illud: Dominus regnabit in æternū, & ultra. Sic si mundus fuisset ab æterno: Dominus fuisset ab æterno, & ante. Ipse ergo mundus in Deo fuisset factus tanquam in causa, & Deus fuisset ante mundum, tanquam causa: dato ergo, quod mundus ab æterno fuit: Deus ab æterno potuit facere, & non facere, vt si Deus operatur in aliquo instanti, cum deuersu est ad illud instans, in quo operatur: potest in illo instanti operari, & non operari: non quod ista duo simul possint esse, quod operetur, & non operetur. Sed quia in potestate sua est operari hoc, vel oppositum, sicut sibi placet. Cum vero arguitur: vel potuit non facere, quando fecit, vel ante, vel post; dici debet, quod si Deus fecisset mundum ab æterno, potuit non facere, quando fecit, vt potuit non facere ab æter-

**CONTRADICTIONE.**  
Instans pri  
mum nō fu  
xit, vt ait  
Doctor. 2.  
part. He  
xam. c. 2, sed  
incipit.  
Hic autem  
non loqui  
tur de pri  
mo instati,  
sed de insta  
ti cōliter di  
cto. Tu fu  
sus id vide  
paulo super  
ius. art. I.

Deus an  
temuisti  
si mundus  
æternus;

A no, quod ab æterno ponitur fecisse, non quod simul ponisset facere, & non facere, sed quia in potestate sua erat alterum horum eligere, & secundum electionem agere, sic, si mundus fuisset ab æterno, quia prius fuisset in causa sua: non prius duratione, sed prius natura: & quia Deus est agens per electionem: prius eligisset facere, vel non facere, quam fecisset. Præteritum ergo non potest non esse præteritum, & si mundus ponitur ab æterno factus, non potest esse non factus: & quodocunque ponitur factus, non potest esse non factus: tamen quandoeunque fuit mundus factus: sive ponatur ab æterno factus, sive in tempore: prius fuit in potestate causæ ipsum facere, vel non facere, quam esset factus: propter quod non ex necessitate, sed ex libera Dei voluntate fuit mundus factus: potuit ergo non fieri, si Deus eum non facere decreuisset.

Quod autem addebatur quarto, q̄ non differt produtio filij à productione creaturæ: nisi quia productio filij esset in diuina substantia: creaturæ vero in aliena substantia; Dicuntur, q̄ immo, quia Deus de necessitate produxit filium: non de necessitate coactionis, sed de necessitate immutabilitatis, sed creaturam produxit ex merita liberalitatem, nam etsi ab æterno produxisset eam: prius elegisset eam producere, & potuisset ab æterno non producere: non, q̄ simul produceret, & nō produceret, vel q̄ faceret productum non esse productum, vel præteritum non esse præteritum: sed quia ab æterno in potestate sua erat agere, vel non agere, sicut sibi placebat.

Quod autem addebatur quinto, q̄ si creatura ab æterno fuisset, non differret in ea creatio, & conservatio; solutum est per iam dicta, nam sicut dabamus differentiam inter fieri, & factum esse: sive mundus ponatur factus esse ab æterno: sive in tempore: sic dicemus differentiam inter creationem, & conseruationem, nam si mundus fuisset ab æterno: & ab æterno, & post mundus fuisset in facto esse, & Deus conseruasset mundum: non tam ab æterno, & post Deus fecisset, & creasset mundum, sed ab æterno tantum.

Quod autem addebatur sexto, q̄ Deus non posset materiā de uno esse reducere ad aliud esse: dato, q̄ materia ab æterno fuisset sub aliquo esse sine nouitate: ergo in multo magis de nullo esse potest facere aliquid esse sine nouitate: Debet dici, q̄ istud multomagis est multo minus, nam si materia ab æterno fuisset sub aliquo esse; oportet, q̄ duratione præcederet aliud esse, qd induceretur in ipsa, quia non posset simul esse, & non esse: sed nullum esse, si ab æterno fuit mundus: nō præcessit duratione, sed natura tantum. Si enim de nihilo fieret aliquid materialiter: sic, q̄ ipsum nihil prius esset nihil, & postea fieret materia alicuius, & acciperet esse: fortè haberet apparentiam, quod dicitur. Sed si ab æterno fuisset mundus, fuisset factum aliquid ex nihilo non materialiter, sed ordinaliter; non ordine durationis, sed naturæ.

**Deus face  
re no[n] p[ot]est  
Præteritum  
nō esse p[ot]  
tentum. 6.  
Moral. c. 2  
sub finem  
Sed, cur sic  
vide Do.  
1. sen. d. 2  
q. 1.**

**Deus necel  
litate imm  
utabilitatis  
prodixit  
filium, sed  
creaturā ex  
merita libe  
rilitate.**

**Mundus q[uo]d  
fuisset ab  
æterno**

*Ad Auctoritates Sanctorum.*

Auctoritatibus in contrarium facile est respōdere, nam cum dicit Damascenus, q̄ creatio in Dei voluntate opus existēs nō est coeterna Deo; nec quod creatum est aptum natū est esse Deo coeternum; Dici debet, q̄ in hoc datur dissen-tia inter productionem filij, & creature, quia produc-tio filij est ex natura, ideo necessaria, & im-mutabilitas est coeterna patri: produc-tio autem creature est ex voluntate Dei; ideo non est coeterna Deo, vel non est apta nata, vt sit coeterna Deo. i. de se non dicit aliquid cōtēnum suo fa-ctori, sed solū in voluntate Dei, vt tunc sit crea-tura, cum Deus voluerit eam esse. Auctoritas ergo magis est ad contrarium, quam ad proposi-tum, vt sicut Deus voluit siue ab æterno, siue in tempore; sic creature fuerit: ipsi tamen creature de se non debetur æternitas, sicut debetur filio.

Quod autem adducebat de Amb. in Hexame-ron, quod inconveniens est, vt æternitas operis coniungatur cum æternitate Dei; Dici potest, si-cut dicit August. 83. q. quæstione de Deo, & crea-tura, quod si semper aliquid viuat; tamen mu-tabilitatem patiatur, nō propriè appellatur æternum; æternitas ergo operis non propriè coniungitur, nec æquatur cum æternitate Dei, quia si ab æterno fuisset creature, nō esset immutabilis, sicut Deus: nec mensuraretur eadem æternita-te cum æternitate Dei.

Quod autē addebatur de August. quod crea-tura est ex eo, quod adhuc nō est, &c. Dici debet, quod sequendo hunc modum: dicemus, quod diffinit creaturam secundum, quod fuit: non se-cundum, quod potuit esse. Vel possumus dicere, quod omnis creature quantum est de se: non fuit, & nihil fuit, solum autē voluntate Dei fuit. Diffiniendo autem creationem secundum, quod fuit, quia fuit facta in tempore: sic creature prius non fuit, & postea fuit duratione. Sed secundū prætaxatum modum, creature prius non fuit, quam fuerit, non duratione, sed natura. si ergo mundus potuit esse ab æterno, dicemus August. diffinisse creaturā solum secundum, quod fuit, quia dicit, quod creatura aliquādo non fuit, qd non esset dicere: si ab æterno fuisset, dicetur et-go, quod id, quod dicit August. de creature, nō est propriè diffinitio, sed est quædā notificatio, vel descriptio creationis, non quocunq̄ modo sumptæ, sed secundū, quod fuit, & habuit esse.

Concludamus ergo, & dicamus, q̄ rationes factæ, q̄ mundus non potuerit esse ab æterno: vi-dentur nobis esse solubiles, & non esse demon-strationes; tamē, vt supra tangebamus, quia mul-ta sunt vera, quæ demonstrati non possunt, & multa sunt demonstrabilia, ad quæ nondum in-ueniæ sunt demonstrationes; ideo nō tenemus, q̄ mundus potuerit esse ab æterno: nec q̄ non possit demonstrati, sed q̄ rationes ad hoc factæ non videntur nobis esse demonstrationes. Si ergo in hac quæstione aliquando visi sumus dice-re, q̄ mundus potuit esse ab æterno: non tanquam hoc asserentes diximus, sed gratia disputationis

Tomo 4.  
Aeternitas  
terra qua?

Epilogus ar-ticuli.

Filij Dei  
producio ex  
naturæ crea-turæ vero  
ex solu-nate.

A hoc assumebamus, vt possemus ostendere rōnes contra hoc factas non concludere. Certum est tamen, q̄ Deus potuit facere mundum ab æter-no, quia ab æterno potentiam habuit, & non ac-cepit eam in tempore, vt mundum faceret.

Deo pot-  
mundū :  
æterno f-  
cere.

## ARTIC. III.

*An illud de præteritis, sed occul-tis vaticiniū: In principio crea-uit Deus cœlum, & terram; re-ctè exponatur.*

*Conclusio est affirmativa.*

D.Th. 1.p.q.46.art.3. Item 2.senten.d. 1.q.1.art.6. Et quo. 5.q.1.art.1. Et Opus. 9.q.1co.Guill. Altis. 2.sent. q. & tract. 7. Nic. Lyr. & Gloss. Ord. Ric. d.1. in fine luper litteram.

B



L T I M O quæritur de exposi-tione illius verbi: In principio creauit Deus cœlum, & terrā. Et videtur, q̄ inconvenienter exponatur, q̄ in principio, i. in filio pater creauit cœlum, & terram. Nam principium totius deitatis est pa-tet, quia secundum Dio. 2.de di.no. pater est fon-tana deitatis: principium ergo nō debet appro-priari filio, sed patri.

Præterea, si dicimus, quod pater est prin-ci-pium non de principio; filius principium de principio, & spiritus sanctus principium à prin-ci-pio, videtur, q̄ ly in principio debeat exponi de spiritu sancto, nam secundum August. illud

C Apostoli: Ex ipso, & p ipsum, & in ipso sunt omnia: non est confuse accipiendum, nam omnia sunt ex ipso, i. ex parte: omnia per ipsum, i. per fi-liū; omnia in ipso, i. in spiritu sancto: ergo quod dicitur: In principio fecit Deus, debet expo-ni de spiritu sancto.

Præterea videtur, quod inconvenienter exponatur: In principio, i. in principio temporis, nam tempus non fuit ante motum firmamenti: mundus autem factus fuit ante firmamentum: cum firmantū factū fuerit secunda die: ergo &c.

Præterea, tempus dicitur esse cœlum cœlo: ponunt. n. ista quatuor coqua: Natura angelica, Cœlum, Tēpus, & Materia informis. Sed tem-pus non fuit factum in principio temporis, quia tunc fuisset tempus in indiuisibili, nam cum fa ctum est, aliquid est. Si ergo tempus in instati fa ctum fuit, in instanti fuit, quod est inconveniens.

Præterea videtur, quod inconvenienter ex-potatur: In principio fecit Deus cœlum, & ter-ram, i. ante omnia, nam primum rerum i.creatarum est esse, vt dicit propositio quarta de causis. nō ergo cœlum, & terra sunt creata ante omnia.

Præterea dicitur: Qui viuit in æternum, crea-uit omnia simul, non ergo ante omnia fuerunt crea-ta cœlū, & terra, sed simul fuerūt crea-ta oīa.

Præterea Cœlū, & Angelus dicuntur coæua, non ergo cœlū, & terra fuerunt crea-ta ante oīa.

Principiu-m  
totius de-  
tis Pater;  
principi-  
nō de pri-  
cipio.  
Principi-  
de prin-  
cipio Fili;  
Principi-  
à prin-cipii  
sp.Sancti

Liber. 6.  
Trin. c.  
Tom. 4.

Eccel. 11.

R E S O.

# Quæstio IIII.

## R E S O L V T I O .

*Deus in principio, i. in filio: vel in exordio operandi ante omnia: vel in temporis initio, creauit cœlum, & terram. i. vniuersam creaturam: vel corporalē tantum: vel materia omnīs creature, vel corporalis tantum.*

Tom. I.

R E S P O N D E O dicendum, quod August. dat quinque expositiones in 12. Confess. quo in principio fecit Deus cœlum, & terrā. ex quibus possumus habere quincuplicem expositionem.

Primo, vt per cœlum, & terrā intelligatur vniuersa creatura, vt. s. per cœlum intelligatur creatura intelligibilis: per terram, sensibilis. Erit ergo sensus: in principio. i. In filio, siue in verbo sibi coetero: fecit Deus cœlum, & terram. i. intelligibilem, & sensibilem, vel spiritualē, & corporalem creaturam.

Secundo modo possumus intelligere solum creaturā corporalem, quae diuiditur in cœlum, & terram. i. in id, quod non patitur peregrinas impressiones, cuiusmodi est cœlum: & in id, quod patitur peregrinas impressiones: cuiusmodi est sphæra actiōrum, & passiōrum, quae significatur nomine terra. Erit ergo secunda expositio, vt Augustinus dicit, quod In principio. i. in verbo sibi coetero, fecit Deus cœlum, & terrā. i. vniuer sam hanc molem mundi corporei.

Tertio modo per cœlum, & terram potest intelligi materia omnis creature, vt dicamus materiam, omne illud, ex quo fit aliquid. vt si Deus crearet nūc aliquod corpus: facheret ipsum ex materia, & forma: non ex materia præiacente, sed concreata. & si Deus crearet aliquam substaniā spiritualem, facheret ipsam ex natura, & esse: ita, quod natura esset quasi quid materiale, & quid perfectibile per esse. sic ergo loquendo de materia: pro omni, quod substernitur perfectioni: omnia sunt creata ex aliquo materiali, & formali. Secundum hoc ergo erit tertia expositio, quam tangit Augustinus: In principio fecit Deus cœlū, & terram. i. informem materiam creaturæ spiritualis, & corporalis: quæ intelliguntur nomine cœli, & terræ: sic ergo per materiam intelligemus ipsam naturam, quæ de se informis est, & formabilis est per esse. primo ergo fuerunt facta cœlū, & terra. i. natura corporalis, & spiritualis.

Quarto modo per cœlum, & terram possumus intelligere materiam solius corporalis creature, & secundum hoc est quarta expositio, quam tangit Augustinus, vt sit sensus: In principio. i. in verbo sibi coetero: fecit Deus cœlum, & terram. i. informem materiam creaturæ corporalis: vnde facta sunt cœlum, & terra.

Quinto modo exponitur, vt per principium intelligatur exordium operandi: vt sit sensus: In principio. i. in exordio faciendi, vel operandi: fecit Deus cœlum, & terram: per exordium autem operandi possumus intelligere, vel initium temporis, vel ante omnia,

# Artic. III. 71

A Principium ergo, in quo fecit Deus cœlum, & terram: tripliciter potest sumi: Vel pro ipso verbo coetero: Vel pro exordio operandi ante omnia. i. vel pro initio temporis. Multis modis ergo exponitur dicta auctoritas: secundum, quod per cœlum, & terram possumus aliud, & aliud intellegere, dedimus. n. quantum ad hoc triplicem expositionem, quam tangit August. 1. super Gen. Tom. I. ad litteram circa principium dicens: In principio fecit Deus cœlum, & terram, utrum in principio temporis, an quia primò omniū facta sunt: an in principio, quod est verbū Dei unigenitus filius. q.d. quod per principium, in quo fecit Deus cœlum, & terram, tria intelligi possunt, vel hoc tripliciter exponi potest.

B Quantum autem ad hanc triplicem expositionem de principio eliditur triplex error, videlicet Manichœorum ponentium plura principia rerū: Peripateticorum ponentium mundum ab ēterno: Auic. & quorundam aliorum Philosophorū ponentium creaturam corporalem creatam, mediante spirituali. Exponendo enim per principiū, filium, siue verbum: eliditur error Manichœorū, quia non in pluribus principijs, sed in uno principio, vt in ipso Verbo Deo coetero (quod verbum cum Patre, & Spiritu sancto est unum principium creaturæ) facta sunt cœlum, & terra. i. vniuersa creatura corporalis, & spiritualis. Exponendo autem per principium initium temporis: destruitur error Arist. & Peripateticorum sequentium ipsum. nam non ab ēterno: sed in principio temporis Deus fecit cœlum, & terram. Exponendo vero per principium exordium faciendi. i. ante omnia: destruitur error Auicen. quia creatura corporalis non mediante spirituali, sed cœlum, & terra. i. ambo simul tam creatura spiritualis, quam corporalis: non vna mediante alia, sed ambo immediate, & ante omnia: exierunt à Deo per creationem.

C R E S P. A D A R G. Ad primum dicendū, q. Deus est principium effectuum, & est exēplar, & finis omnium. Et licet hæc sint essentialia, & communia toti Trinitati: ratio tamen huius, vel illius potest appropriari huic personæ, vel illi: Vt: ratio principij effectuum potest appropriari patri. Ratio principij exemplaris, vt communiter ponit, filio: Ratio principij finalis spiritui sancto. In principio ergo. i. in filio, cui appropriatur ratio principij exemplaris: fecit Deus cœlū, & terrā.

D Ad secundum dicendum, quod else sicut in saluante: appropriatur spiritui sancto, cui appropriatur bonitas: Esse, sicut in efficiente: potest appropriari patri. Sed else sicut in arte: potest appropriari filio, qui est ars omnipotentis Dei: vt dicitur 6. de Trini. Deus ergo pater in principio. i. in filio, in quo sunt omnia tanquam artificiata in arte, fecit cœlum, & terram.

Ad tertium dicendum, quod tenendo illam opinionem, quod omnia sunt cœata simul; tunc exponitur: In principio. i. in principio temporis fecit Deus cœlum, & terram. i. vniuersam creaturam: non in principio temporis, tāquam in mensurante.

Manichœ  
rum error,  
& Philoso-  
phorum.

Arist. error  
confutatur.

Auicennæ  
error de-  
struitur.

Tom. I. et  
ultimo.

furanto, quia nunc temporis non est mensura creationis cuiuslibet creature, sed omnia facta sunt secundum hunc modum in initio temporis: saltem tanquam in coassidente, quia huiusmodi initium temporis fuit coeum creationi rerum. Si vero non omnia facta fuerunt simul; & celum, in cuius motu fundatur tempus, fuit factum secunda die; dicemus, quod aliqua vicissitudo, & aliquis motus incipit esse a principio mundi: in initio ergo temporis, quod erat mensura illius motus, fuit facta creatio rerum.

Ad quartum dicendum, quod aliter incipiunt esse permanentia, aliter successiva, nam permanentia tunc incipiunt esse: cum tota sunt, ut tunc incipit esse domus, quando completa est domus. successiva vero cum tota sunt, vel cum completa sunt, nihil sunt, iuxta illud Augustini in lib. xj. Confess. Tunc omnes nostri anni erunt cum nulli erunt, & sicut successiva cum tota sunt, nihil sunt: sic cum incipiunt, nondum sunt, motus ergo incipit in instanti, sed in illo instanti nihil est de motu: sic & tempus potest dici incipere in instanti, sed in illo instanti nihil est de tempore, sed post illud instans. Tempus ergo fuit coeum celo: non quia fuisse in instanti tempus, sed quia fuit principium temporis. In illo enim instanti, in quo incipit esse celum: dicitur incipisse tempus, qd fuit illud instans principium temporis.

**Esse quod modo pri-**  
**mo creau.** Ad quintum dicendum, quod cum dicunt, primò esse creata celum, & terram: intelligitur de rebus creatis per se existentibus, sed cum dicitur primum rerum creatarum est esse: non intelligitur de rebus per se existentibus, vel realiter differentibus; nec intelligitur huiusmodi primitas secundum ordinem realem, sed secundum ordinem acceptio[n]is intellectus. ut si idem est esse, & vivere: intelligitur tamen, quod illud idem sit prius, ut est esse, quam, ut est vivere, hoc modo generalia sunt prius producta, quam specalia, & hoc modo loquitur Commen. in Meta. quod materia prius recipit formas magis vniuersales, & postea minus vniuersales. & quia nihil est communius ente: ideo primum rerum creatarum est esse, quia non est aliquid creatu latius.

**Tomo 1.** Ad sextum dicendum, quod per celum, & terram intelligitur informis materia: vnde facta sunt celum, & terra, ut patuit per Augustin. 12. Confess. vel ergo omnia creata fuerunt simul in proprijs formis, vel prius fuit facta tempore materia informis celum, & terrae, vnde facta fuerunt celum, & terra, celum etgo, & terra. i. materia informis, vnde facta fuerunt celum, & terra, vel tempore secundum eos, qui non ponunt omnia creata simul, vel saltem origine fuit creata ante omnia quia semper in forme secundum Augusti, in pluribus locis tam in li. Confess. quam super Gen. ad litetam; origine precedit formatum.

Ad septimum dicendum, quod secundum varias expositiones, op[er]t[er] vario modo intelligere celum, & terram, nam si velimus intelligere ante omnia. i. ante omnia corporalia: sic in principio, i. ante omnia facta sunt celum, & terra. i.

A materia informis celi, & terrae: quæ saltem origine præcessit haec corpora formata. Si vero ante omnia vellemus intelligere omnia creata: sic per celum, & terram intelligetur natura spiritualis, & corporalis, nam in hec duo dividitur totum ens creatum. iō haec duo dicunt ante omnia creata.

## Dub. I. Litteralis.



V P E R litteram dubitaf: primo quomodo Plato posuerit tria principia: videlicet Deum: Exemplar, & Materiam. Et quo modo ista posuerit increata, & sine principio, & quomodo posuerit Deum Artificem, non Creatorem.

B Dicendum, quod Plato posuit ideas rerum, deseruientes ad scientiam, & ad generationem, vt declarari habet in 7. Meta. Ab illis autem ideis deriuabantur species in intelligentijs in animabus, & in materia: prout ergo illæ ideæ causabant species in intelligentijs, & in animabus, sic deseruiebant Platoni ad scientiam. quia hoc modo dicebat Plato esse scientiam rerum: prout illæ ideæ causabant similitudines in intelligentijs, & in animabus: prout autem hec siebat in materia: deseruiebant illæ ideæ Platoni ad generationem, nam hoc modo secundum Platonem siebat generationem rerum, prout à formis separatis siebat formæ in materia. Sed si sic intellexisset Plato; si-  
**Tomo 4.**

C cut eū excusat August. 83. q. quæstione de ideis vbi dicit, qd ideas Plato primus appellasse perhibetur, & vbi ait, quod has ideas, siue has rationes, non arbitrandum est, esse; nisi in ipsa mente creatoris, quod si sic intellexisset Plato non posuisset tria principia, vt imponit ei Magister. nam tunc Exemplar, i. idea, & Deus non essent duo principia: si enim idea esset in ipsa mente Dei; esset idem, quod Deus. sed Plato posuit istas ideas, & ista exemplaria rerum per se existentia, & non posuit ea in mente Dei: propter quod faciebant aliud principium à Deo. Erant ergo tria principia secundum ipsum: Deus, & Exemplaria illa separata, siue Ideæ, & Materia, quam posuit ingenitam, & eternam. Deum autem dixit artificem, quia nihil dixit ipsum producere, nisi ex materia præiacente.

D

## Dub. II. Litteralis.

Vlterius autem dubitaret aliquis quomodo Deus in agendo non mouetur nec laborat: nos autem laboramus, & mouemur; Dicendum, qd ex alio, & alio dicitur agens in agendo laborare, & moueri, nam tunc agenti in agendo accidit labor, & lassitudo: quando agit, mediante virtute organica. Sed tunc agens agit motum, vel per se, vt si sit corpus: vel per accidens, si sit virtus in corpore: vel ab intra, vt si mouet propter finem alium: sicut mouent intelligentes, que in mouendo mouentur ab intra, i. in appetitu interiori desiderando alium finem à seip[s]is. Hoc ergo modo agere

**Plato quis posuerit ideas: & quæ nam principia.**

**Agere in a-**  
**gendo quo modo mo-**  
**ueatur.**